DE REGE, ET REGENDI RATIONE LIBRI TRES, AUCTORE MATTHAEO...

Mateo Lopez Bravo, Jean : de Courbes




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
2 C
6

DE REGE,
ET REGENDI RATIONE
LIBRI TRES.

AVCTORE MATTHÆO LOPEZ BRAVO.

AD EXCELLENTISSIMVM DOMINVM D.
Gasparem de Guzman, Comitem de Oliuares,
Ducem de San-Lucar, &c.

SACRI CATHOLICÆ MAIESTATIS CVBICVLI primarium Præpositum, summum equilis Præfectum, secretioribus Consilijs Status Belliq; designatum, Indiarum supremum Chancellarium, maximumque in militari Alcantaræ Ordine Commendatarium, &c.

I. de Courbes F.

MATRITI, Apud viduam Ludouici Sanctij.

Anno M. DC. XXVII.

4

EXCELLENTISSIMO D. D. Gaſpari de Guzman Comiti de Oliuares, Duci de San-Lucar, &c.

SI Ratio, ſi propenſio, ſi grati obſequium animi, ſi patrocinij neceſſitas libros conſecrat, multiplici iſto iure nexus olim, ſi licet, à me editos noua hodie luce illuſtratos, in præſens, in futurumque edendos celſitudini tuæ dico, ſacroque. Si ratio; Regijs namque curis continuò aſsidens, præmij, & pœnæ ordinem, quem turbauit inertia, omni arte reſtituens, priuatis, publiciſq; vt egeſtatibus occurras diu noctuq; inuigilans, omnia de Rege, iuſtitia, & rerum copia ſcripta proprio tibi iure poſſes vẽdicare. Si propenſio; occulto enim ſidere tui ad obſequia feror: idque fortaſſe ex eo, nam eorum amore, publica qui ſalute ardenter aguntur, ardenter deuincor. Si grati obſequium animi; tuo namque munere Regali munificentiæ commendatus Curiæ honoribus fun-

gor:

gor: meque inde totum, cunctaque ingenij nostri monumēta tuis aris in perpetuum addixi. Si patrocinij necessitas; multiplex enim decantata à nobis veritas multorum in nos odia, telaque excitat; quibus, ni tāto à numine defendar, iniquè obruar. Nobis ergo, rogo, vt adsis, teque adfuturum fido: tuarum namque regēdi artium pictor efflagitat; earum insito à natura ardore cultor deposcit; acceptis à te beneficijs vinctus, nouo isto munere reuincendus, exorat; &, quod acriùs Heroum pungit præcordia, tuæ indigus opis deprecatur. Vndecimo Kalendas Augusti, anno 1627.

Licentiatus Matthæus
Lopez Brauo.

SV-

SVMA DE LA TASSA.

ESta tassado este libro intitulado *De Rege & regendi ratione, prima & secunda pars*, compuesto por el Licenciado Mateo Lopez Brauo, Alcalde de la Casa y Corte de su Magestad, y de sus Reales obras, y bosques, a quatro marauedis cada pliego en papel, como consta de la fee que dello dio Diego Gonçalez de Villarroel, Escriuano de Camara de su Magestad. En Madrid a 13. de Iulio de 1627.

MENDÆ.

Istæ libro tertio mendæ adsunt.

FOl. 3. b. irridenda medicorum turba: scribe: irridendum medicorum vulgus.
Fol. 13. b. assuetus: scribe: assuetos.
Fol. 29. b. ama, scribe: iam.
Fol. 33. b. muneri: scribe: muniri.

His mendis ablatis nihil notatu dignum in tribus hisce de Rege, & regendi ratione libris inueni, quod non correspondeat suo exemplari. Matriti die vndecimo mensis Iulij 1627.

Licentiatus Franciscus Murcia de la Llana.

Suma de los priuilegios.

TIene prorrogacion de su Magestad el Licenciado Mateo Lopez Brauo, Alcalde de su Casa y Corte, y Iuez de sus Reales obras y bosques, por quatro años mas de la licencia y priuilegio que se le dio en veinte y tres de Hebrero de mil y seiscientos y diez y seis, para imprimir el libro *De Rege & regendi ratione*: y priuilegio para imprimir el libro que prosiguiendole auia compuesto, intitulado *De rerum copia*, como parece de dos Reales cedulas, refrendadas de don Sebastian de Contreras, Secretario de su Magestad. Dadas en Madrid a nueue dias del mes de Nouiembre de mil y seiscientos y veinte y seis.

LICENTIATVS PETRVS FERnandez Nauarrete, Compostellanæ Ecclesiæ Canonicus, sanctæ Inquisitionis Consultor, Regis, Reginæ, nec non serenissimi Cardinalis Infantis Cameræ Secretarius, Regij iussu Senatus de tertio de Regendi ratione, siue de rerum copia, libro ita censuit.

EGeno ciui diuitias, inopi copiam, ruenti fulcimentum, ægroto salutem exiguus quidẽ, sed sanè eximius, de regendi ratione, siue de rerum copia, libellus à Licentiato Matthęo Lopez Brauo, Regio Consiliario, Regiæ domus, Curiæ, fabricarum nemorumque Prætore scriptus, promittit & & pręstat. Dignus (meo iudicio) pręlij honore, tua à cælsitudine postulato: optimis enim politicis ac œconomicis præceptis hominũ ignauiam depellet, agrorum culturā excitabit, cõmercia augebit, lites minuet, luxum frænabit, frugalitatẽ ingeret; ac denique accedẽte Regum ac Magistratuum curà, antiquam fęlicitatẽ, ob accolarum inertiam iā diu labefactatam, pristinum in statum restituet. Matriti quinto Kalendis Nouembris, anno Dñi millesimo sexcentesimo vigesimo sexto.

Licentiatus Petrus Fernandez Nauarrete.

DOCTOR FRANCISCVS SANCTIVS Villanueua, clarissimus Regiæ Maiestatis Concionator, electus olim Episcopus Tropiens. electus hodie Archiepiscopus Tarentinus, ab Ordinario consultus tertium de rerum copia librum approbat.

NON Tam primum, quàm vnicum Politicæ Sophiæ dogmatum credideram arcani genij partum (leęnæ namq; ex veteri parœmia secundus non contigit) hactenus Regimini publico clarissimam facẽ Licentiatus Matthæus Lopez Brauo, Regis Senator, eiusque Curiæ Prætor (sobrium mehercule caput) splendidissimis radijs accendit; at planè fefellit opinio. Ecce iterum secundi, seu potius tertij, libri Principibus, Magistratibus, Reipublicæ fulgentissima lampas irradiat. Cuius lumine fugatis errorum tenebris nec morum præcipitia, nec Catholicæ Fidei baratrũ Religio, nec egestatis pericula, nec claritudinis detrimenta, nec status ruinam ciuitas pertimescet. Magnus prudentiæ Antistes, mirum ingeni acumen; & quid non mirũ in hac gẽma elucet? Libet auctorem, his, quibus Libanius magnum Basilium alloquitur, verbis admonere: Scribe similia, & vince. Sic censeo. Matriti 16. de Oct. anno 1626.

Doctor Franciscus Sanctus Villanueua, Regius Concionator, electus Episcopus Tropiensis.

LECTORI IN TERTIVM de rerum copia librum.

ME Sub conditione reum debendi iam diu (ni de multorum fide diffidam) conditionis aduentus interpellat. Sed quia vel huius, vel alterius commēdati muneris occupatio debiti solutionem retardat, rogo, vt tertium de rerum copia librum, dum quartus de pacē plenam liberationem nobis affert, quibus mente & animo & primum, & secundū suscepisti, suscipias; eumq; nouē à retro mensibus prælo permissum, rogo, vt noscas.

OPERIS CONCLVSIO, AVctorisque ei adiuncta protestatio.

ARduum nobis percurrendum iter: infœlici egressu aggressum à multis. Alij enim praxi indigna somnia, impia alij dogmati, alij ab scopo deuij plurima, & sine fructu verba dedēre. Breui ergo donare ore publicæ rei vtilia, effectu prompta, & quæ pietatem iuuent, difficile. Sed incœpta non turbet desperatio: ea fortè, si hæc capias, assequemur: ibi & Regis, vbi & ciuium fœlicitas; hæc, vbi populus iustitiâ, rerum copiâ, & pace fruatur, illicò aderit; illicò etiam ista aderunt, si sapiens, si probus præsit imperator. Quâ optimus arte, quâ prudēs Princeps efficiendus, primus liber claudit: quibus Princeps ciues legibus honesto cumulet, vtili, & iucundo tres, qui sequuntur, libri aperiūt. Si quid Romanæ Ecclesiæ dissonum dixero, indictū assero: inscitiâque aut incuriâ lapsum protestor.

DE REGE

LIBER PRIMVS,

QVIBVSVE TVM A naturà, tum ab arte corporis, animi, mentisquè virtutibus Princeps ornandus.

IMPERANDI Facultas (cæteris non dissimilis) naturâ, arte & exercitatione perficitur. Princeps ergo ingenio clarus, doctrinâ & vsu, maior conditione mortali, amorem apud populares, metũ apud hostes, apud vtrosquè maiestatem acquiret. Hæc tutissima Regnorum præsidia: aliàs regnantium lues: pro metu & maiestate contemptus, odium pro beneuolentia continget.

Quibus mens domina, æqua & vigilans ad Imperium; contrà, rudes, iniqui & ſocordes ad obſequia naſcuntur. Seruus non dominus, qui, proprio alienus, alieno ſemper ſeruit arbitrio. *Maius aliquid & excelſius à Principe poſtulatur.* Non æquus, qui iniquis non iraſcitur; & cui non æqua placent, certè iniquus. Socors, cuius oculis ſubditorum vtilitas non obuerſatur. Non fruſtra politicis idem Princeps, quòd paſtor; nec à Poëtis fruſtra tot indefeſsis oculis Argos accipitur.

Naturæ dotibus doctrinæ ornamenta iungantur, & probitas omnis, Dei præcipuè timor & cultus, cum primo lactis ferculo inſtilletur; vt ſimulacra virtutum à primis annis ſuſcepta firmiter ad vltimos hæreant. Hâc ratione, ſi clarâ ſit indole, clariſsimus; ſi dubiâ, clarus; ſi obſcurâ, non obſcurus Princeps euadet. Arte rectè applicitâ magni naturæ errores mitigantur; ni efferatus Neronis genius adſit.

Cùm primùm ergo ætas permiſerit,

viris virtute, eruditione & ciuili prudentiâ præstantibus committatur. Liceat in re non paruâ moram facere. Sit, inquam, vt literarum, vrbanitatis etiam magister vir summis Philosophis non impar, summæ virtutis & grauitatis exemplum, multiplici linguâ, arte, scientiâ & lectione cultus, pacis bellique vsu doctus, Imperiorum occasus & ortus speculatus, aulæ consilia & fraudes noscens & prænoscens, imperantium & obsequentium mores non ignorans. Sit tandem Imperio dignus, qui Imperatorem Imperio dignũ fingere audet.

Curet, vt Principem (Sesostris exẽplo) infantes circunstent ex omnium Prouinciarum nobilitate selecti, & virtutum æmuli & socij. Si solus docebitur, ea discet, quæ præcipientur ipsi; si in schola, etiam quæ alijs. Excitabitur laude æmulatio; vnde Rectorum & Ducum seminarium. Princeps nãquè quãtũ cuiq; credere debeat, proprijs nõ alienis oculis & auribus discet: ministrorũq; electio sancta erit & iusta, non (proh dolor) erronea & venalis.

Ea tandem videat inter domesticos & familiares exēpla, ea audiat præcepta viuēdi, quæ maximè liceant regnaturo. Absint assentatores, vaniloqui, inuerecundi, petulantes & alij vitiorum magistri; ne pestilēti oris afflatu momento obliterent; quas virtutum imagines præceptoris solertia eius animo affixerit.

De Religione.

Vt Regnorum, ita rectæ institutionis caput Religio; quæ mentis nostræ cū Deo vinculum potest definiri. Eius sanctitate fœdera, commercia, humanæquè societates sanciuntur, & in diuini numinis cognitione & cultu versatur. De priori priùs statuendū, vnum esse opificem & regnatorem omnium Deum, à quo omnia: ipse à nemine sed à se ipso pendens. Ad cuius nutum Principatus & Imperia nascuntur, & occidūt. Omnium testis, iudex, & vindex. Nec cogitationes Deo clausæ, nec impunitæ. Hoc firmiter persuasum & fixum: Preces fraudesquè cœlestibus curæ esse. Inde præmia & supplicia. Aliàs si nihil vitabile, pœnâ, præmiovè dignū, nulla Religio homines in officio retineret. Eaquè si

ſe ſolutos crederent,quid ſtulti non facerent? Quas rudes ſtrages nõ ederent? Doctos & philoſophia,ignaros tantùm continet Religio: & metu coërcendus, qui officio animus retineri non poteſt. Hoc iterũ perſuaſum & fixũ: Preces fraudesquè cœleſtibus curæ eſſe, nec de Dei cognitione (vltra ea,quæ ab ipſo reuelata, ipſius dono,fide,ſunt credenda) plura inueſtigãda. *Sãctius & reuerẽtius de diuinorũ actis credere, quàm ſcire*: melius namquè ſciuntur neſciendo,vt verè & doctè doctiores affirmant. Omnia igitur,quæ de Deo,fato,immortalitate,& de mundi ortu & occaſu antiqui(aut Philoſophi,aut Poëtæ) retulêre, dum firmior mens & ætas non acceſſerint, omnino reticenda: ne incertis eorum opinionibus fides ſtatim ab ortu dubia reddatur.

Dei cognitioni eius cultus,aut veneratio ſuccedit certis maiorũ legibus cæremonijsq; deuincta: quibus religari ita debet Princeps, vt ſubditis religioſiſsimus ſaltẽ appareat. Multitudo enim, quia ignara, credula, *Nihil iniuſtè à Religioſo Princip.*

factũ credit: nec contra eum, quasi propitios deos habeat & vltores, audet insurgere. Exẽplo etiã regnantis facilè cæteri (plures vt adulentur) magis quàm legũ seueritatẽ ad Religionem cæterasquè virtutes inducũtur. Nullus superiorũ exemplo iussus efficacior. Sacrati ergo Ordinis viros magnâ omnium admiratione veneretur, memor olim penes eos & Reipublicæ & sacrorũ curã fuisse. Eorum opes & iura, vt intacta sint, diligẽtissimè curet: nam impij ausus, si antiquitatẽ repetimus, ferè nunquã impunè cecidêre. In sacrarũ verò opũ auctione eâ vtatur prudentiâ, vt nec Religio vilis, nec ciuilis societas inciuilis & periculosa reddatur. Frequens sit in tẽplis & victimis; & omniũ exemplo pro beneficijs accipiendis preces, pro acceptis gratias & laudes agat, & effundat. Et à maiorum ritibus nec momẽto discedat: nam, quidquid vltra vanè nouatur, superstitio; &, si ex aliorum periculis discimus, Regnorum euersio: *Nulla enim res efficaciùs multitudinem regit, quàm noua & vana Religio.* Eos igitur, qui de diuorum cognitione

aut cultu noua somniantes leues multitudinis animos seditionibus implent, & deceptores pessimos omniũ, & odio habere discat. In id nãquè hi suas perfidi fraudes intẽdũt (quia semper pauperes & obscuri) vel vt famem effugiant, vel vt nominis gloriam aut Imperij delicias cõsequantur. Eorumquè sacrilega insomnia, nullo (vt somniabat antiquitas) iuuantur fato, dæmone aut sidere; sed potiùs Principum inertiâ aut inscitiâ: inde Imperiorum labes. Testimonio adsint Heraclij socordia, Mahometiq; fraus subtilissima. Illicò ergo, illicò, ne vltra serpat, sacer hic ignis igne extinguendus. Nec Socrates, si noua tulerit, ferẽdus aut dissimulandus. Dura hæc lex Philosophis, sed seruanda, quia vtilis: tutius namquè, vt pereat vnus, quàm vt pereat vnitas. Suspecti etiam, qui extra numerum errantes, insolitas & à nemine tritas aut excogitatas apparentis virtutis vias ingressi leuis & ignaræ multitudinis oculos & animos ad se cõuertunt. Hi enim ferè semper (experientiâ teste) pessimo alicui incumbunt

facinori vel Religioni vel moribus summè noxio. Ideò cautè inquirendi, vt ad numerum & ordinem redigantur: ne eorum pestis sub antidoti specie priùs interitum afferat, quàm sentiatur. Malus vbi bonum se simulat, tunc est pessimus; venenorum enim lethalius, quod dulcius. Itaquè Princeps antiquos amet mores & instituta, nec suos in externos degenerare ritus patiatur.

Corporis exercitatio.

Eo iacto & regiminis & sapientiæ fundamento (à Dei namquè timore ortũ habet vtrumquè) frequenti & honestâ exercitatione corpus firmum reddat, virtutibus animum, mentem disciplinis colat: *Tantùmquè, non otio & ignauiâ, sed honestate & prudẽtiâ cæteros antecellere curet, quãtùm dignitate & opibus maior habetur.* Cursu, iactu, pilâ & similibus vires ostentet: ita vt nec maiestati, nec animo labem inferat. In arena taurum, aprũ in syluis feriat: omni armorum doctrinâ eruditus equestres pedestresquè bellorũ imagines frequenter exerceat, & exercẽtibus adsit: sæpiùs iudicandus, quàm iudex. *Præstat*

cæteris omnibus militaris virtus, præſtet in ea Princeps. Inde hoſtium timor & militum beneuolentia. Turpe, Regem ab illis niſi ex pictura non cognoſci: turpe, ni Rex noſcat, belli artem, quia ad Imperatores maximè ſpectat, Imperatoriā appellari.

Hæc vt corpus firmet: vt animum colat, omnium virtutum pulcritudines cordi habeat. Et vt eas, quæ verè Regiæ ſunt breuiter percurram, à ſummo earum capite prudentiâ incipiendum: Ea eſt vis intellectus actiones noſtras ad optimū ducens. Omnia igitur bonorum genera & oppoſita mala noſcat qui prudens, vt illa perſequens iſta fugiens & maius minori bonum, & minus maiori malum præponat. Ideò *& ars viuendi*, & fœlicitatis dicitur via. Eorum habituum, qui menti contingunt, ad vſum præſtantiſsimus; eorum verò, qui ad mores ſpectant, fundamentum. *Nulla enim ſine iſta rationis virtute propria morum virtus*. Nam licèt *ſit prudētis vtilia perſequi, viri autē boni honeſta præponere*; prudēs ita vtili, vt ab

Animi cultus.

Prudētia.

honeſto

honesto non recedat, incumbit. Pessimè AEgyptius:

Sidera terrà
Vt distant, & flamma mari, sic vtile recto.

Nulla enim vera vtilitas sine honestate. Nec sine probitate prudentia, sed calliditas erit, versutia, dolus aut quodlibet aliud. Improbi ergo non prudentes, qui ferunt:

Quà iuuat, Reges eant.

Nam *in summa fortuna id æquius, quod validius.* Hæc enim Politicorũ sine Deo dogmata, qui nec virtutes nec numina, nisi suæ dominationi inseruiant, admittunt. Impia pestis, ore expulsa, corde retenta, raró à Principum aulis discedens. Fatuus etiam aut non verè probus, nec Imperio potens, qui sine prudentia Princeps implicatur honesto, si honestum sine prudentia. Non probus pastor, qui sacrificio & orationi asiduè intentus oues relinquit lupis dilaniandas. *Vbi te socordiæ atquè ignauiæ tradideris, nequaquam deos implores: irati, infestiquè sunt.* Aliquorum exempla admirari, nõ sequi licet.

Dij namquè (veterum prouerbio) omnia nobis laboribus vendunt: & diuina & humana iura non dormienti, vigilāti ſuccurrunt. Salutaris itaquè omnibus, Principi verò propria & vnica, hæc virtus, eamquè non vt ab alijs ſciētijs aut artibus ab imperandi facultate ſeiūges. Regnare ſciens neceſſariò prudens; non idem Aduocatis, Poëtis, aut muſicis; licèt iuris notitiam, fabulandi præcepta, aut ſonori cauſas numeri ſint aſſequuti; his nāquè ſæpè doctrina ſine conſilio; Imperatorem verò Imperij ars deſeret, ſi cōſilium deſerat: hoc enim & prudentis & Principis munus, vt ſibi, vt alij, vt publicæ poſsit ſaluti conſulere. Naturâ ſeruus, non Regni capax, qui cōſilij incapax. Sed ad viam regreſſus, fruſtrà eam certis claudere præceptis conarer: verſatur enim circa res ſingulas, & quæ ſe aliter poſsūt habere, de quibus nec finis nec ſcientia. Frequenti autem ſeniorum & ſapientiorum commercio, aſsidua librorum & præcipuè hiſtoriarum lectione, & quod præcipuū eſt, multiplici rerum vſu perficitur. Adeò neceſſaria experiētia

politi-

politicis, vt eâ potiùs quàm mente Reipublicæ ſalus doceatur. *Pauci prudentiâ honeſta à deterioribus, vtilia à noxijs diſcernũt; plures aliorũ euentu docentur.* Princeps ergo experiendo diſcat, quàm arduũ, quàm ſubiectum fortunæ regendi cũcta onus, quâ ſubditorũ amor & odium paretur, quid maieſtatem augeat, aut minuat, vnde Regnorum morbi naſcantur & medicinæ; vt ex præteritorum memoria inſtãtia ordinare, & futura calleat prouidere, & non tantũ præuiſa ſed ſubita etiã noſcat expedire. Hoc tandẽ mentis oculo, prudentiâ, publicæ ſaluti cernat vtilia, ſagax præſentiat, iudicet, & eligat; cautus diſsimulet, ſolers inueniat, & exequatur. Hæc omnia comitantur prudentiam, quando ipſius comes iuſtitia. De iſta nunc ſermo: ad illam enim & præterita, & præſens, & omnis noſtra futura oratio dirigenda.

e iuſti-a.

Ad morum ergo virtutes deſcendens (ſic dicuntur, quia à moribus, mores autem morâ acquirãtur) ea ſe omniũ prima offert iuſtitia, prudentiæ adeò proxima,

vt iuris notitia prudentia ſæpè iuris, nec iniuriâ, vocetur. Commune enim & vulgare illud naturæ præceptum, quo iuſtitia nititur: Quod tibi nõ velis, alteri nè facias: non à ſapientiâ, ſcientiâ, intellectu, minùs ab arte, ſed à recta illa agendi ratione, prudentiâ, ortum. Præſtantiſsima omniũ hæc virtus omnes in ſe virtutes continet, & ſæpè pro virtute vſurpatur: & iuſtus dicitur, qui etiam vir bonus: vir autem bonus, qui omni virtute ornatus, huiuſmodi erit, qui legi deuinctus: omnis namquè à lege virtus iubetur. Is ergo bonus vir dicetur Princeps, qui ſe non ſolutum, ſed legibus exiſtimet ligatum: & cùm omnia poſsit, tantùm ſibi credat licere laudanda. Nam *minima licentia in fortuna maxima*: *Minimum decet libere, cui multum licet.*

Regis hæc, tyranni vox illa:

Vbicũquè tantũ honeſta dominanti licet,
Præcariò regnatur.

Hoc enim certiſsimum.

Quod non poteſt, vult poſſe, qui nimium
poteſt.

Hæc de communi omnibus tum imperã-

tibus,

tibus, tum obſequentibus iuſtitiâ: ea verò, quæ Principi adeò peculiaris, vt eius cauſâ Princeps, morum eſt virtus, ius & æquum in ſe & in alijs firmiter ſeruans. In ſe dixi: Principes enim maximè decet, ne quidquã ſubditi iniuriâ, aut vicini appetant. Falſò Traſymachus, *Iuſtitiam generoſam eſſe ſtultitiam*: & eò quis infœlicior, quo iuſtior. Malè etiam Photinus,

Ius & fas multos faciunt, Ptolemæe, nocẽtes.

Iniuſtiſsimè ille: Sua retinere priuatæ domus, de alienis certare Regiam laudem eſſe. Alexander enim prædonis iudicium & infamiam non effugiet.

Illic Pellæi proles veſana Philippi
Fœlix prædo iacet terrarum, vindice fato
Raptus: ſacratis totũ ſpargenda per orbẽ
Membra viri poſuere adytis.

In alijs inſerui: id namquè huic tantũ virtuti conceſſum, vt bona etiam aliena reſpiciat. Nec fruſtrâ æquũ addidi: iuri aſſonum depoſitum enſem reſtituere, æquo diſſonum, ſi furenti reſtituas. AEquitas enim ſcriptum temperat iuris rigorem. Idem ſi meminiſſet legislator, decerneret;

ſed

ſed nec lex, nec memoria ad omnia ſuffi-
ciens. Eſt itaquè Imperatoris hæc præci-
pua virtus, & Regnorum parēs & nutrix.
Ad ſocietatem enim homo natus, ipſius
ratio docet, ſermo & indigētia. Nulla ſine
iuſtitia ſocietas; quia etiā optimū vel am-
bitio turbat, vel auaritia: nec ſine poteſta-
te iuſtitia; nā ſæpè etiam prudēs potiùs vi
continetur, quā ratione. Fruendæ ergo &
ſocietatis & iuſtitiæ cauſâ Reges cōſtitu-
ti; vt pari ciues iure in officio retineant,
egenorū iniuriā, &, quod præcipuū eſt, di-
uitū ſuperbiam reprimendo. Sæpè namq́;
imbecilliores æquum & iuſtum; potētio-
res autem (opibus nimijs ad minorū iniu-
rias elati) iſta non curant. Ratio ergo, quá
olim inuenta, quâ hodie firmantur Impe-
ria, iuſtitia. Hāc ſi negligas, illicò humana
omnia peſsū itura non dubites; & dome-
ſticā & ciuilē ſocietatē rapinis, ſtupris, cæ-
dibus lethaliter dolebis ſolutam. Nec la-
troni ſocius tutus; iniqua enim latrocinio
quæſitorū ſine æquitate diuiſio. Vnde mu
tua eorum rixa, cædes mutua. Hac igi-
tur virtute, & parente prudentiâ ornatus,

Prin-

Princeps leges ſanciat, quibus crimina prohibeat, & puniat; pacta probet, & tueatur; nobilitatis inſignia, dignitates, & opes dignioribus tribuat; virtutem & diuitijs præponens & nobilitati. Sine prudentia Princeps imperio impotens, eo indignus ſine iuſtitia: hanc fides ſequatur.

De fide. Præſens oratio, non de illo dono Dei, quo credimus ea, quæ ab ipſo reuelata; nec de eo, qui ab opinione naſcitur, aſſenſu; ſed de virtute illâ, quâ dicta pactaquè firmiter ſeruamus: eſt namquè fides conſtans dicti, aut promiſsi veritas. Nec audiendi affirmãtes, eam non Principis, ſubditorum eſſe virtutem.

Sanctitas, pietas, fides priuata bona ſunt. Eorum enim ſentẽtiâ arcana regendi ratio & doloſa & mendax: nam ex mendacio, & dolo Reges componunt: & taxillis pueros, homines iureiurando dicunt fallendos. Inſitum illis, politicam ciuium ſalutem à fictione & fraude ortam & auctam: & prouidè à natura cautum, vt ſapientium breuiſsimus, quia ad Imperia, inſipiẽtium verò infinitus ſit numerus, quia

ad obſequia naſcuntur. Hi enim cùm creduli, & decipi apti, officioſis illorum Trimegiſti, Lycurgi, Numæ, & ſimilium fabulis facilè ducti, & ſeducti ad ſeruiendum. Nulla ergo horum ſententiâ ciuium ſocietas, ni multitudini data credulitas, Principibus verò ſimulatio. Vnde vulgare illud: Neſcit regnare, &c. Inſitum etiã illis, ſeruandam eſſe fidem, ſi expediat; nec miſeris eſſe ſeruandam.

Dat pœnas laudata fides, cũ ſuſtinet, inquit,
Quos fortuna premit, fatis accede, Deisquè,
Et cole fœlices, miſeros fuge.

Nec ideò Principis gloriam minui: nam probri opprobrium Regiam non poteſt maieſtatem inficere. Nullaquè ei infamia aut obſcuritas, à quo & famæ & lucis origo. Et, quæ in ſubditis perfidia, aut falſitas, in Rege & virtus & prudẽs dicitur regẽdi ratio. Sed ſi veritatis pulcritudine afficimur, nulla Imperatore dignior fide virtus: ideò vicina Ioui in Capitolio. Procul, procul à Principe mẽdacia; à ſeruitute, metu & infamia oriũtur, & viliſsimorũ tantùm animis poſſunt contingere; alijs autẽ

erroribus viri etiam clarissimi noscuntur obnoxij. Nullius itaquè vtilitatis aut officij ratione mētiri licet. Nec Socrates, politicè in his potiùs, quàm philosophicè sentiens, audiendus. Nam quæ naturâ in subditis turpia, nunquam erunt in Principe pulcra. Ratio non dignitas virtutem à vitio seiungit.

De clemētia.

Iustitiæ fundamētum, fidem, quæ ipsius lenit iustitiæ rigorem, sequatur clemētia. Frequens vindicta paucorum odiū reprimit, multorum irritat: nam summum ius summa iniuria; & sæuitiæ proxima nimia seueritas. Regis verò odium parit, & Regni casum parat sæuitia.

Qui sceptra duro sæuus imperio regit,
Timet timentes, metus in autorem redit.

Pro certo etiam habeas, neminem ei satis fidum, quē metuat. Fugiēdi ergo, qui Photini genio, aut cacodæmone impulsi dicere audent:

Libertas scelerum est, quæ Regna inuisa tuetur;
Sublatusq; modus gladijs; facere omnia sæuè
Non impunè licet, nisi dum facis: exeat aula,

Qui vult esse pius.
Semper metuet, quem sæua pudebunt.
Inde vulgare illud: Oderint dũ metuant.
Sed hæc dura tyrãnorũ dogmata, quibus
Per scelera sceleribus tutum est iter.
In Rege verò & pulcerrima omnium &
omnium fortissima virtus clemẽtia: subditorum beneuolentiam accendit & Imperia munit, & firmat. Longè potentior, ad obtinendum quod velis, amor, quàm timor. Nec timor est omnino negligendus.
Odia qui nimiùm timet, regnare nescit.
Regna custodit metus.
Magnus inde Regum cruciatus: nam
Reges metui cupiunt, metuiquè timent.
Mediam aperit viam prudentia, si virtutem virtuti, & clementiã seueritati misceas. Et nulli & omnibus ignoscere crudelitas. Vitia erũt donec homines; hic illo, in hoc sibi alius indulget: dissimulare nonnulla oportet. Si peccatis supplicia metiatur, iam pridem genus hominũ Deus extinxerit. Princeps ergo se hominem esse cogitet, vt se Deo similem faciat; & supplicia, vt fulmina, omniũ metu,

paucorũ periculo experiatur. Vtq; in seueritate pius appareat, seueritatis exempla à se remoueat; alijsque magistratibus cruẽta delictorũ demandet iudicia. Nocet antiquus rigor & nimia seueritas, cui iam pares non sumus. A primis ergo annis mãsuetudini assuescat, vt iracũdiæ locus nullus adsit: nam quæ apud alios iracundia dicitur, ea in Imperio crudelitas atquè superbia appellatur. Iram ergo comitẽ, non Ducẽ sequatur; quem ira regit, alios non regat; nam iratus & facilè sæuus, & difficilè prudens; & summa Regis virtus prudens clementia. Hæc amore optimos, timore pessimos, veneratione cũctos afficit; si paruis peccatis veniã, magnis seueritatem, ni contrariũ iubeat necessitas noscas cõmodare. Crudelissimus etiã Tiberius proditionis in se cõmissũ crimẽ patietur prudẽs. *Et quãquã multi è domo Principis equites, ac Senatores sustentasse opibus, iuuasse consilijs dicerentur, haud quæsitum.*

De liberalitate. Non procul à clementia liberalitas: aliquid enim donat, qui clemens. Regia verè virtus: initio enim Regna parauit:

&

& Dii ſenſui obnoxii Reges dicuntur. In animorum cōciliatione cæteris hæc præfertur incantatio: vtilia enim præſtat, & ſumma perſuadendi ratio eſt vtilitas. Non argentum & aurum, ſed amici Regnorum præſidia. Amici beneficijs parantur; tutatur ergo Regna liberalitas. Eā cum modo exerceas; ſint dona frequentiora, quàm magna; ne ſi ærarium ambitione exhauſeris, per ſcelera ſupplēdū ſit. Vrbanè & non cōtumelioſè; rudiſsimus, qui offendit, dum obligat. Sine mora; tantum gratiæ demis, quantum moræ adijcis. Non in omnes; nulli eſt gratum, quod quibuslibet datur. Nec in vnum, paucosvè conferas; parùm prudens, infœlix! qui vnius amore vniuerſitatis odiū incurrit. Nec ſolùm dantis, ratio etiam accipientis habenda; ſtultiſsima, licèt Regia, vox Alexandri. Periculoſior etiam & pulcrior in Rege, quàm in priuato liberalitas; inuidiæ enim, detractioni, & odio magis obnoxia. Si indignis præbeas, dignorum indignatio excitatur; ſi dignis, cūctos obligas. Certa tui labes, ſi, vt lupos amicias, oues excò-

ries. Princeps ergo, qui Imperio dignus in probos, in pauperes, in omnes hanc virtutē exerceat; tributa leuans, census, vectigalia reliquaq́; nec antiquis nota, exactionum nomina. Dura hæc lex, nec ab aulicis visa; sed fortasse videnda, si modus superbiæ, & luxui, si ratio quæstuū, & necessitas erogationum inter se congruerent.

De modestia, & alijs virtutibus.

Regias ergo virtutes & benignitas claudat & modestia: easquè Princeps à Cyro discat; incessu, cultu, vultu præ se ferat. Et illud summè caueat, ne à conspectu eius quisquā tristis discedat. Etiā gratus; quādo vrbanè negas. Obsequio ab inferioribus, blandis tantùm verbis à potētioribus deuincimur. Sed hæc ita se habeāt, vt nec facilitas de maiestate, neq; maiestas aliquid detrahat de beneuolētia. Nam, si remissè erga illos te geras, superbiunt, & se pares existimāt; sin asperè, & odio habent, & insidiantur. Cæteris etiā virtutū honoribusś operā præstet, vt nullus iniustitiæ, nullus iracundiæ, aut auaritiæ locus relinquatur: nec fides habenda dicenti,

Virtus & summa potestas —— Non coëunt.

Ea enim probitate & prudentiâ, quibus fuere parta, retinentur Imperia. Initio nāquè non iniusti & ignari, sed prudentes & iusti ad Regiam fuere admissi maiestatem; quidquid Græciæ comicus tragedias excitet. *Principatus non ad doctum virum, & bonum moribus, sed ad pessimum & odiosum.* Hæc enim omnia tyrannorū violentiæ sunt adscribenda.

Animi pulcritudini literarū etiā & ingenij cultus accedat; ne Principi ea desint, quibus plebei etiā homines beneuolētiâ Imperioq́; digni efficiuntur. Frustrà in eo probitas, ni sagax etiā imperādi facultas. Magna vrbis calamitas, si regnāti illud iure obijcias: Bonus est vir, sed malus citharœdus. Omnia ergo, quę ipsius possint mētē ornare, Princeps addiscat. Prouincialiū in primis sermones (sic eorū beneuolētiā accēdet) & Latinos agnoscat. Grāmaticæ, Rhetoricæ, & Dialecticæ præcepta breuiter suscipiat; vt rectus, ornatus, copiosus, & efficax sermo se offerat. Mathematicarū nō ignarus, summa eorū capita delibare non negligat, & vt inanes planetarū ri- *Quibus scientijs, & artibus detinēdus*

deat aſpectus, nec vana futurorũ admiretur iudicia, vaniſsimæ artis, & naturalis & diuinæ philoſophiæ deguſtet fundamẽta. Nec in his moram faciat, *Retineat, quod eſt difficilimum, ex ſapientia modum.* Nam tempora negotio debita non licet publicæ ſaluti conſulenti literarum otio conſumere. Priuatis honeſtum, turpe Principi in his immorari, ad maiora vocatur. Rectè ſuo Romanorum Principi cõſulebat Anchiſes.

Excudent alij ſpirantia molliùs æra:
Credo equidem, viuos ducent de marmore vultus:
Orabunt cauſas meliùs: cœliquè meatus
Deſcribent radio, & ſurgentia ſidera dicẽt:
Tu regere Imperio populos, Romane, memento:
Hæ tibi erũt artes: Paciq; imponere modũ,
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Turpe equidem viliſsimo artifici opificium, in quo verſatur, ignorare; nec eum pulcrioris etiam artis inutilis excuſat occupatio. Turpiſsimum regnanti, ſi propriæ, omniumquè pulcerrimæ Imperij ar-

tis ignarus alienis à ſe, & fortè leuibus ſcientijs implicetur.

Princeps igitur, quæ ad ornatum artes tantùm ſpectāt, vel omnino negligat, vel leuiter à Doctorum ſermone & frequentiâ ſuſcipiat. Nimia librorum præceptorumque copiâ nunquā detinendus: otioſi etiam philoſophi vita ad id nō ſufficiens. A morali verò doctrina (quâ Imperatoris continetur facultas) pleniori manu vtiliſſima capiat. Hominum affectus, quibusquè ſint habenis moderandi, ſolers accipiat. Politicorum hiſtoriarumquè libros nocturnâ, diurnâq; manu vigilanter euoluat. Nulla in his, quæ fortè in Conſiliarijs mendacia, nulla aſſentatiò. Nec aphoriſmorum chiliades nullo ordine, nullâ ſeruatâ lege in diem prodeuntes commēdo. Paucis continetur regendi facultas, licèt eam paucisſimi aſſequantur. Prudentiorū tandem & ſeniorum commercijs (*eſt & aliquid, quod ex magno viro vel tacēte proficias*) vel in via, vel in aula, vel in pace, vel in bello, vbiquè & perpetuò incumbas. Viros egregios familiaritate, nobilitatem

hono-

honoribus, militem donis, populũ annonâ, cunctos dulcedine otij pelliciẽdos addiscas. Vnde odium, vnde vitia, vnde rerũ inopia & discordiæ veniant, diligẽter scruteris, vt fugias. Hinc enim Regnorũ morbi & interitus proficiscuntur.

De experientia. Sed frustrà hæc omnia, ni rerum magister vsus ea perficiat. Adeò necessaria experientia politicis, vt eâ, potiùs quàm mente, Reipublicæ salus doceatur. Prudentes etiam indoctos senes experimur; nam in multis experti, tertium quodammodo oculum sunt adepti. Sæpè vsus improbat, quæ probabilis in schola ratio iã probauerat. Socratem fortè & Tacitum (licèt naturâ & arte acuti & culti) stultos, si vsus tangeret, detegeret, quia non exerciti. Summa enim regẽdi ratio à rerũ tantùm vsu sæpè hauritur. Exemplum mirum extat & Celtiber & nôster Ferdinãdus, qui tantùm experientiâ literatus, sic cautè Regnũ calluit, eâquè arte exercuit, vt clarissimus maneat futuris sæculis Imperatoriæ facultatis magister. Nec miror, fuit verax illi ingenium experientiæ

iunctum. Quæ igitur vniuersalia in Academijs mẽte tetigisti, in indiuiduis manu & praxi tãgas. Vsusquè explicet, qui subditorum facilè, qui difficilè seruitutem & onera patiantur: qui beneficijs, qui virgâ & ferro regendi: quo vicini, aut hostes amicitiæ, sanguinis, aut (quod potentius est) vtilitatis iure iugantur: vnde tibi & illis robur & infirmitas. Experiendo tandem Imperij scientiam & dolos, quàmquè arduum & subiectum fortunæ regendi cuncta onus, assequaris. Sit ergo in primis à natura Princeps sagax, æquus, & vigilans; ab arte tum mentis, tùm animi virtutibus, vt oportet, cultus; ab experientia tandem prudentiam integrámquè Imperij artem accipiat: aliàs Imperio indignus.

De ardua periculosaquè Imperij facultate.

Sed his omnibus quis ita instructus, vt creditis posſit Regijs satisfacere? Ardua enim res, inquietam & discordem multitudinem in vnius sententiam redigere; sicquè consonas dicere leges, vt tot dissonis subditorũ mentibus æquè assonent. Reliquarum artium magisterium plures

sunt

ſunt aſſequuti, iſtius vel nullus, vel perpauci; licèt omnes cum Dauo ſe Reges eſſe oportere affirment: nam de Rege & Regno ſtultiſsimus etiam criſes proferre audet. Nec mirum, ſi omnium iudex ab omnibus iudicia patiatur: difficile enim in ſumma fortuna licentiæ ventis non abripi.

Rara eſt in dominis iuſta licentia.

Sicq; omnia peragere, vt nihil erres, perdifficile, cùm hic Sirenum cantus ſemper ſonet in aula.

Quod Ioui, hoc Regi licèt.

Quòd ſi etiã ſine errore peragas, perdifficile, non iniquos iudices reperire; cùm nullum præſens Imperium tam clemens eſſe poſsit, quod hominum animi nõ grauiter ferant. *Neceſſe eſt enim, vt is, qui præeſt, ijs, quibus præſit, odio ſit.* Nam ſimul orta odium & Imperium. Hinc Regum ad manes iter ſemper ferro, aut veneno factum. Nec armatorum corona, nec cibi potusvè profuit exploratio. Hinc de familia in familiam, & de gente in gentem immatura & cruenta Regnorum translatio.

Quodam-

Quodammodo namquè gaudet fortuna cum Regibus ludere, eorumquè Imperia hàc & illàc quasi pilas agere.

O faciles dare summa Deos, eadẽq; tueri
Difficiles.

Nihil enim tam firmum, cui non sit periculum etiam ab inualido. Imperia enim & leges (quidquid Plato, aut Morus somniarint) sicut cætera omnia tandẽ senescũt. *Sic naturà comparatum est, vt nihil permaneat, sed ambitu quodam temporis mutationem recipiat.* Hinc Reges perpetuò, tyrannis in hoc similes, metu rigent, & pallent; nihilquè eis vel proprio sanguine, vel alienà virtute formidolosius. A Republica ad Regnum transitum fecit Ostracismus: virosquè omnium voce dignissimos, fortes, sapientes, iustos, aut sanguine proximos, falsis reos criminationibus, vel occidũt, vel exules faciunt. Dignissimos; *Merita enim eo vsque læta sunt, dum videntur exolui posse: vbi multùm antè venère, pro gratia odium redditur.* Fortes; *nam virtus & ferocia subditorum ingrata imperãtibus;* metuunt, ne quidquam audeant Imperij

liber-

libertatisvè amore. Sapiētes; ne aulæ cōsilia, fraudes iniuriasquè noscant, præuideant, & contrà machinētur. Iustos; nam laxa Imperij & appetitus iura iuris ratione arctant, & coërcent. Sanguine proximos; *Suspectus semper, inuisusquè dominantibus, qui proximus destinatur*. Vnde Turcarū fratricida regendi ratio. *Cui etiā facinori plerique ignoscunt, antiquas fratrū discordias, & insociabile Regnū existimātes.* Nec filijs parcere sinit metus, vnde immanitas nondum nota feris immanibus. Nec desunt, qui inuideant, & appetant, & cum Euripide & Cæsare regnandi tantùm causâ iura violanda. Quibus seditionis authoribus nouitatis studiosa multitudo (quæ vt mare, non suo, sed alieno flatu mouetur) præstò se offert. Sic iustissimi etiā periclitantur regnantes, vel eorū fraude, qui Imperia, vel vi eorum, qui cum Eròstrato, vel ex culpa nominis gloriā consequi appetunt. Ideò Tiberius *ex optimis periculū sibi, à pessimis dedecus publicum metuebat.* His & alijs præcipitijs Regiū fractū iter, artem, quâ sterni, tutumquè possit reddi,

inde-

indefessa vigilià quæsiêre politici; si inuenêre, non decerno. Ea nobis, licèt rudi, cõpendioso & fortassis vtili calamo elaboranda suscipitur: cœptis Deus adsit.

PERORATIO.

FIRMITATEM Imperij ex subditorum beneuolentia, beneuolentiam ex pulcritudine oriri nostis: pulcra etiam in hoste virtus; pulcra sapientia: subditorum ergo animos maximè alliciet, qui sapiens, qui probus Princeps: quia nimis pulcer. Hæc primus iste liber; maiora, qui sequuntur, libri præstant: beneficijs enim (magnus amoris fomes beneficium) subiectos Princeps implet, triplicique eos bono, honesto, vtili, & iucundo, facit affluere: summus inde in Regem amor, summa vrbis fœlicitas.

FINIS LIBRI PRIMI de Rege.

DE REGENDI RATIONE,

SIVE

DE IVSTITIA

LIBER SECVNDVS,

Quavè arte Princeps virtutes ſantiat, iniqua in foro æquet, & præmia diſtribuat.

LICET Tempore orta (hominis animum excipias) tempore neceſſariò interitura, certumquè, vt hominis, perpetuus ſtellarum motus etiam Imperij vitæ diem ſtatuat; non medici, non politici cura eſt negligenda: prudentia enim ſæpè & aſtris & fortunâ ſuperior, quæ ab iſtis, cautè differt, quæquê ab inſcitia oritur, mortē aufert. Ibi enim

&

& astrorum & fortunæ minimum, vbi multum prudentiæ. Hoc enim fulcro, breuì aliàs decidenda, Imperia firmantur; Veneti vbiquè gentium sint exemplo. Summæ ergo virtutum prudentiæ innitamur. Prudentissimus, si hùc omnia referas, vt in subditorum animis beneuolentiam alas. Non sentio vltrà, quæ moneam; nec ad Imperij firmitatem quidquam vltrà desidero. Princeps suis charus, hostibus necessariò formidolosus: inde apud vtrosquè maiestas. Hæc tutissima Regnorum præsidia. Multò ergo amplius, quàm satellitum numero, beneuolentiá se Princeps tuebitur, tum à vi externâ, tum ab intestinis fraudibus & insidijs.

Non sic excubiæ, non circumstantia pila,
Vt tutatur amor.

Arti igitur, quâ subditorum voluntates alliciat, Socratis, inquam, incantationibus assiduè incumbat: ad metamquè perueniet, si discat, in beneficijs esse hæc veneficia: nihilquè magis cordi habeat, quàm vt populos sibi commissos beatos,

omnibusquè bonis affluētes afficiat. Subditi enim leui faciliquè iugo gaudentes nec nouas leges, nec nouos dominatores moliētur. Quos verò præſens Imperium miſeros, triſtesquè reddit, Imperij mutatione fortunam ſibi mutandam polliciti, ſeditionum ſtudioſi, vel earum authores vel earum authoribus præſtò adſunt. Non probus, qui prauis, non diues, qui egenis, nec, qui miſeris imperat, fœlix dominator eſſe poteſt. Ouium enim, paſtoris potiùs lues iudicatur. Qui ſe igitur beatum Principem ardet, ardeat, vt populus triplici iſto bono, iuſtitiâ, rerum copiâ, & pace fruatur. His enim tum Principis tum ſubditorum clauditur fœlicitas. De ſingulis eſt nobis ratio habenda.

Primus ſe offert de iuſtitia ſermo; triplex hæc virtus, virtutes enim imperat, vel pacta tuetur, vel præmia diſtribuit. De priori priùs agendum, eſt enim Regnorum fundamentum, omniquè pro virtute vſurpatur. Et cùm ſi virtus in primis neceſſaria præſenti & futuræ fœlicitati

ſola ſit ſufficiens, Princeps non ſe tantùm, ſed ſubditos etiam quàm optimos curet efficere. Viri enim iuſti iuſtas familias, hæ iuſtiſsimam vniuerſitatem conſtituũt. Inde Imperij fœlicitas; nam facile imperium in bonos. In id ergo præcipuè legumlator intendat, vt ciues quàm iuſtos, quàm optimos faciat, præmio & pœnâ, ſpe, inquam, & metu, eos ad virtutem alliciens, & à vitijs deterrens, non ignarus multitudinem potiùs vi, quã rationi obtemperare. Nec ideò omnia ad ſanguinẽ referre placet: ſæpè enim, quod ferrum nequit, prudentia poteſt. Et cautius erit & pulcrius, ciues à crimine auertere, quã crucibus reos iam factos affigere. Præclarè Scipio: Malle ſe vnũ ciuẽ ſeruare, quàm mille hoſtes occidere, aiebat.

Ciuiũ educatio. Difficilis huius & arduæ prouinciæ viam aperiet puerorum inſtitutio: ab ea enim totius reliquæ vitæ pendet expectatio. Altas radices agunt, vt in noualibus, quæ primis annis ſemina committuntur, vt catulorum exemplo Lycurgus demonſtrat. Mira, quæ de Spartanæ iuuen-

tutis honestate & modestiâ commemorantur; eaquè Philosophi consilio sequenda. Sic namquè suos adolescentes instituit Lacedæmon, vt non gentium licentiâ laxatos, sed alicui & perfecto monachorum instituto deuinctos crederes. Fabula non historia narratur, si iuuenum mores nostrorum inspicimus. In eo namquè & parentum & præceptorum cura consumitur, vt nec solem aspicere, nec à paulò vehemētiori aurâ sinant afflari. Verbis & exemplo luxuriam docent, eorumq́; turpia dicta & facta risu & osculo excipiunt, ostro & purpurâ superbiam alunt, gulâ & otio corpus eneruant, otioquè & libidine animum corrumpunt. Hæc nobiles & opulenti ex paterna fortuna tantùm licentiam vsurpantes. Cæteri, vt ipsis placeant, luxuriæ, lenocinio, vaniloquētiæ, assentationi, omniquè vitiorum magisterio, & non frustrà, inseruiunt. Fœlix hæc improbitas optimorum est calamitas: nuda enim & in opprobrio iacet virtus: adeoquè ipsi aduersatur nobilitas, vt nec olim à virtute nobilitatē fuisse

ortam videatur. Et eò vanitas & impudē-tia deuenère, vt qui turpiſsimus, nobiliſsimus etiam habeatur. Multarumquè ſunt imaginum argumēta; aliena cupere, fidem frangere, bonis cedere, cunctos iniuriâ afficere, omnium ſe libidinum ſpurcitiâ fœdare, honeſtatem & literas adeò probro habere, vt aui nepotes, ſi Academiæ lauris incumbant, à primogenijs exhæredes faciant, & nepotes auos ſummos pacis & literarum honores adeptos, licèt aliàs clariſsimos, & habuiſſe rubeant, & inficiētur. Deformiſsima Reipublicæ facies, omnia virtutum pretia ambitio poſsidet. Potentiorum filij vix vtero egreſsi ſtrenuis etiā Ducibus præmia ſubripiunt, eorumquè animos *Præmaturis honoribus ad ſuperbiam* extollimus. Non ergo mirum, ſi vitiorum tātùm imagines videas & audias. Sed ſilere præſtat, ne in nos (liceat ore Plautino loqui) quia lapides loquimur, lapides iaciant. Vnde ciues imbelles, noxij & Catilinarij *in pace prædatores ex ſocijs, in bello hoſtium præda fiunt*. Sanctæ igitur de puerorum inſtitutione leges ferantur,

& magistratus, qui ius habeant dicendi in negligentes patres & magistros, creentur. Arbores in radice sanentur; nam dum teneræ sunt, quibuslibet adminiculis diriguntur; duratæ verò artis laborem nõ facilè recipiunt. Frãgas citiùs quàm flectas, quæ semel induruerunt.

Vt corpus animam; sic quæ rationis expers rationalem animæ partem antecedit: in pueris enim priùs iræ & concupiscientiæ ignes, quã mentis & rationis lumina deteguntur. Eundem naturæ ordinem sequatur institutio; &, vt optima ab initio sint corpora, prouidus legumlator studeat, philosophiam & medicinam cõsulendo. Siderum etiam aspectus addet superstitio. Adolescentium coniugia fœminas potiùs quàm mares, eosquè imbecilles & pusillos ferunt. Hyeme, Boreâquè flante, & salutari & vtili victu vegetiora corpora fiunt. Et licèt Astrologiæ vanitas, nec iniuriâ, rideatur, non frustrà agricultor luminarium assensus dissensusquè obseruat. Sed hæc, licèt laudata ab aliquibus, nec admisit antiquitas,

nec

nec hodie ſine riſu excipientur. Ad vlteriora, ad fœtus iam in lucem editos progrediamur.

Sancta & vtilis erit ſanctio, ſi parentes partu & vbere matris officium implere cogantur. Generoſius in ſua, quàm in aliena ſede quidque alitur. Matre verò morte, morbo, aliovè caſu in victu deficiente, nutrici moribus compoſitæ, ingenio miti, vtiliquè lacte affluenti infans credatur; nè nouo & inelecto vbere vires animi & corporis debilitētur. Infœlix harum rerum neglectus; cū lactis cōditio in alumni corpus, inde ad ipſius animū trāſmittatur. Ab ortu frigori aſſueſcere, & ſaluti & futuris laboribus confert: igneam enim illam ætatem ſine periculo frigus exercet. Gelido amne & barbarorum antiqui & AEgyptij noſtri nouè natos immergunt, vnde robuſti & laborum patientiſsimi euadunt. Profuit etiam quod de parua Gallorum veſte Philoſophus refert. Perſæ caput debile & fragile; quia ab ortu clauſum & amictum; AEgyptij verò duratum & firmum, quia frigo-

ris æſtusquè rigori apertum, eoquè compactum.

Ab vbere amotus puer, quinquennioquè lapſo, ſiue clarè, ſiue obſcurè natus (priuata doctrina nunquam prudentioribus placuit) in ea vſquè ad ſeptennium ſchola verſetur, vbi ſtatim & Dei timore firmetur, & vires animi & corporis firmare incipiat. Ad idquè ſuauiter & puerilibus præmijs alliciendus. Mens eâ ætate nullo literarum labore oneretur, tū quia debilis, tum ne corpus creſcere impediatur. Vnum eſſe Opificem & Regnatorem omnium Deum firmiter credat, preces ad eum continuò & reuerenter mittere noſcat, ſcelera preceſq; cœleſtibus curæ eſſe firmiter ſuſcipiat. Ad idquè exēplis varijs inducatur; *quæ an vera fuerint, non arbitror, curioſiùs inquirendum: intereſt enim Reipublicæ, vt vera eſſe credantur*. Quæ de ſacrorum ritibus à maioribus tradita & iuſta & ſancta eſſe & ſequenda; quidquid nouè narratur, & ſuperſtitionem, & fraudem agnoſcat. Hæc à parentibus, magiſtris, concionatoribus, hæc à libris ſemper

ccipiat. Cōmercia eorū, qui alienâ, aut
ullâ ſe duci Religione patiuntur,& licen
oſa philoſophorum & poëtarum de di-
inis placita Principi tantùm iam puberi
acto,& publicis & doctioribus viris per-
niſſa; ignara verò multitudo ab eis arcen-
a. Certa mentium peſtis incertus de diui
is ſermo; plures populi animos infirmat,
orumquè maiorem partem interimit; ei-
què iuuenes maximè obnoxij,quia credu-
i,nondum enim in multis decepti. Ludos
tiam eo tempore motusquè frequentes
nagis quàm violentos,& quos ætas per-
miſerit,exerceat; ita vt nequè ex otio pi-
gritia,nec ex violentia virium fractio cō-
tingat. In victu ita ſe habeat, vt & inopiā
pati,& aliquando copiā ferre poſsit; vtri-
què Hippocratis cōſilio labori aſſueſcat.
Si nimio cibo ſomnoquè vtantur, hebe-
tiores ingenio, corporequè improceres,
& morbo obnoxij fiunt; ſi breui & delica-
to,facili etiam exceſſu ægri grauiter inci-
dunt. Nemo Herodico inuideat,qui vt ſa-
nus eſſet,quibus homines vtūtur, his om-
nibus,aut pluribus abſtinebat.

Septennio puer elapsus ad literarum præceptorem ascendat, veniâ à priori habitâ. Vtilis in hac & similibus ascensionibus hæc cautio: nam retardationis metu diligens in priori classe versabitur. In hac igitur literarum schola & expeditè quodvis scripturæ genus legere, scribere, & vulgari more numerare doceatur. Nec nisi libros ea continentes, quibus honestus & obsequens ciuis debeat ornari, Religionis præcepta, diuorum patrum consilia, futuræ vitæ præmia, & supplicia exemplis confirmata, & vtilis AEsopi fabulas legat, aut transcribat. His enim & alijs sensim & cautè virtutū semina prudens serit magister; & arte & supplicio reprimet iræ & concupiscentiæ motus, qui eo tempore detegi incipiunt. Nec in minimis venia concedatur: nam pueri, vt furiosi, supplicio, non ratione reguntur. In infantum, aut puberum disciplinis aliorum est seruanda sententia. Nihil turpe vel in socijs, vel in libris, vel in tabulis videant; nihil turpe audiāt, aut proferant: nam auris, oculi, aut linguæ turpi-

tudo

tudo facilè ad manus trãsfertur. Qui obſcœna dixerit, ſi impubes, verberibus; ſi pubes, temporali infamiâ puniatur. Nec leges eludet, qui turpia aut pictor, aut ſcriptor expreſſerit, cùm peccauerit grauiùs. Vigilantes ergò magiſtri vel libros, vel calamos, vel numeros, vel ludos exercentibus continuò adſint, vt, omnium moribus intenti, eorum ingenia & futuros animi morbos præuideant; nec manus, nec ora, nec oculos ſine numero ſinant mouere. Qui decennio elapſo, vel ſuo, vel parẽtum, vel præceptorum, vel fortunæ voto vltrà ire impediuntur, illicò alicui ingenuo, vel ſeruili negotio operas præſtent, ne otium eos perdat. Et ij, quibus ad ea creduntur, parentum præceptorumquè vices ſuſtineant, eoſquè oratione & exemplo ad officij & honeſtatis vias inducant; aliàs cenſorum coërtioni ſubiaceant. Qui verò vlteriùs progredi ſtatuũnt, Grammaticæ & Latinæ linguæ peritiam quotidiano vſu & librorum explicatione, potiùs quàm præceptorum copiâ conſequantur. Fœliciores

De Grammatica.

in

in hoc Hebræi, AEgyptij, & Græci, qui rerum cognitioni, nullo temporis dispendio, patrio non alieno sermone intendebant. Ad hoc tantùm vtilis peregrina eloquutio, vt à sacris Religionis & Imperij arcanis multitudinē arceat. Magna enim pars prudentiæ, hæc occultare. Eorū præco Florentiæ Doctor impunitus euasit, cùm orbis pacem, ea vulgando, tentarit euertere. Sed ad viam regressus, non audiendi, qui sine Græcorum dictione sapiē tiæ negāt aditum. Hæc enim fortasse vera Horatij temporibus, hodie verò pulcra Romanorum oratio, tum proprijs, tū Græciæ thesauris ditissima, ad omnia sufficiens. Et pretio habendi, qui humana & diuina vulgari etiam oratione agnoscunt, quia verè sapientes; ridendi verò & Romanuli & Græculi nostri, qui Grammaticorum infantiâ superbi, & omnium rerū quantū garruli, ignari, triplici linguâ stulti â doctis noscuntur. Scio à fatuis (qui ea tantùm, quæ non intelligunt, magni faciunt) & Platone & Homero superiores haberi, eo deceptis, quòd Græca, barbara,

aut ignota nomina passim ab eis audiunt inculcari. Iuuentuti ergo nostræ satis Romana dictio, vt Ciceronē, Cæsarem, Sallustium, Liuiumquè explicent, vt epicam Virgilij elegātiā, & vrbanas Horatij sententias & admirari, & sequi discant. Cæteri Poëtarum obscœni & molles, quantâuis elegantiâ & suauitate, procul à classe, imò ab Imperij finibus exterminentur. *Adolescentiū enim indolem nō tam iuuant, quæ bene dicta, quàm inficiunt, quæ pessimè.* Eorum ergo loco ethicæ œconomiæquè præcepta, in ordinem, compendiū & elegantiam redacta, & Prouerbiorum, Sapiētiæ, Ecclesiastes & Ecclesiastici libros, prudenter expositos, subrogari oportet: qui nec momēto à manu, vel à memoria excidāt. Nec ideò, si cura adsit, Latina eloquutio deficiet; nec interest, si deficiat; nā ciuilis societas rebus legem imponit, non verbis, animisquè non auribus scribit. Et eius finis fœlicitas actione, non oratione constat. Inutilia, ideò contemnenda, eorū ingenia, qui in leuibus explicandis libellis ætatem consumunt. *Hæc enim*, & similia,

dedis-

dediſcenda ſunt tibi, ſi ſcias. Abſit procul ab his noſtra iuuētus; & (vt animi & corporis) augeat etiam labore aſsiduo memoriæ vires. Apta ad id ea ætas, quia curis ſoluta. Nullus ergo dies ſine linea. Hoc verum & vtile, cæteræ enim ad memoriæ cultum artes inuentæ vel rarò, vel nunquam proſunt, licèt mira aliquādo, ſed ſine fructu faciant. Non tantū oratoribus, cæteris etiam memorandi facultas neceſſaria; ea obſcuri obſcurè & ſine gloria ſcholas frequentant: tantū enim ſcimus, quæ memoriâ retinemus. Summa prudētiæ pars reminiſcentia. Latinorum itaquè ſermo cunctis neceſſarius, Quintiliani & Eraſmi Grammaticis, Medicisquè & Aſtronomis Græcus, Hebræus Theologis, vtiliſsimus contrahentibus imperatricis Prouinciæ ſermo.

e Rheto ca.

Licèt Dialecticæ ſit progenies Rhetorica (rectè enim dicendi finis fidem facere; fides argumentis paratur: hæc à Dialectica accipiuntur) oratoris tamen doctrina cōmuni magiſtrorū voto & exēplo poſt Grammaticæ peritiam venit diſcenda.

ſcenda. Rhetoricis ergo nitoribus ſplendeat oratio, & in eâ, quia ad ciuilem virum maximè ſpectat, multum ponatur & diligentiæ & ſtudij. Præclarum, ſi cæteris hominibus oratione, quâ homines cæteris animātibus præſtant, præſtemus: præclarum etiam; ſi noſcas, quæ philoſophis, quæ oratoribus, quæ vel fabulam vel hiſtoriam narrantibus liceat eloquutio: præclarū, ſi verbis, quod efficere ferrum non valuit, perficias. Vtilis vbiquè hæc facultas. In Principum autem conſultationibus, in iudicijs, & præcipuè in templorum roris ſummè neceſſaria. Eâ exercituum ductor milites impetum ſine tempore facere ardentes, & in tempore recuſantes, quaſi habenas & ſtimulos habeat, moderatur. Aduocati etiā mira in iudicijs faciūt; ſed, ſi Philoſopho fidē habeamus, relegandi *Qui in iram, aut miſericordiam impellendo, à recto iudices flectunt*; legesquè ita condendæ, vt quàm minimum iudicātis arbitrio relinquatur. Et Rhetoricæ pars, quâ affectus mouentur, à iudicijs, quia veritati noxia, exter-

minar-

minanda. Contrà, ab eis, qui pietatem & virtutem in templis ſuadent, ſummè amplectēda. Vtiliſsimus Reipublicæ vſus cōcionatorum, cunctisquè eos oratorum virtutibus vigere oportet: ignara enim multitudo potiùs orantis voce & affectu, quàm argumentorum vi capitur & mouetur. Prudentiſsimi ad hoc viri vocandi; arcendi, qui ſtulto & populari furore ducti, Principum moribus & decretis (& ſæpè iniuriâ) vt plebi placeant, detrahētes, ſubditorum animos ſeditionibus implent. Rudes ignorāt ſui muneris finem ſedationem eſſe, nō ſeditionem. Hanc igitur vim dicendi frequēti exercitatione, Ciceronis conſilia, demonſtrationes & iudicia euoluens, noſtra paret iuuentus, ad eamquè, cùm iam ruborem & honorem agnoſcat, rubore, honore, ſediumq; prælatione, aliquādo ſupplicio excitabitur. Optima, quæ Quintilianus enarrat, & quæ prudentiſsimi Ignacij inſtitutione ſocij (vt iuuenilis animus, leuium quoquè rerum gloriâ ſublatus, maiores cōtinuaret) inuenêre. *Poëſis & hiſtoria.* Poëſis & ſcribendæ hiſtoriæ præcepta eo tē-

pore non omittenda. Poëtisquè contrà Platonem exilium remittimus; vtilia verò præmia cum Philippo negamus. Vtile non agnoſcant, qui ita iucundo literarum otio dies tranſigunt.

In his vſquè ad pubertatem puer verſatus, domus, patriæ & parentum delicijs amotus ad Academiæ frigus & inediam proficiſcatur; vbi & præceptis doctus, & peregrinationū labores variasquè hominum conditiones & ingenia expertus, prudens efficiatur. Et quia effrænis eo tempore incipit eſſe libidinis ardor, ſummâ eſt arte tum à legibus tum ab Vniuerſitatis ſanctionibus reprimendus. Et quia iuuenis iam mēte firmior, ratione potiùs quā ſupplicio regendus. Cùm primùm ergo ad ſcholas acceſſerit, ſcientiarum omniū ianuam Dialecticam aperiat. Rudis ſine ea Orator, Poëta, Philoſophus, aut quilibet alius ad cuiuslibet rei veritatem inueſtigandam & exprimendam. *Dialectica.*

Breui deinde tempore Mathematicarum ſumma deguſtās capita, eorum obiecta, fines & demonſtrandi vias agnoſcat. *Mathematica.*

Vtiliſsima, etiamſi per trāſennam, cuiuſlibet ſcientiæ ſtudioſis harum rerum cognitio. Qui eas pleniori manu accipere ſtatuit, ad Regiæ curiæ claſſes accedat, vbi Geometriæ præcipuè & Aſtronomiæ clariſsimos adeſſe oportet magiſtros. Iſtæ enim artes terræ & aquæ, pacis belliquè vſui fœliciter proſunt.

Philoſophia. Duplici in hoc ſolis curſu tranſacto, in philoſophiæ quæſtionibus poſteà iuuenis triennium conſumat. Sed hæc ciuitati noxia, ſi aliquorum ſententijs, ſi Romanorum Senatuſconſultis, ſi Turcarum legibus fidem habemus. Philoſophi enim à patre otio, & à matre ſuperbiâ nati, à patre inopiâ; à matre impietate fœdantur. Non ergo ideò inopes, quòd ſe diuitiarum contemptores glorientur; ſed quia rudes & ignaui. Falſa ergo quæ Taleti Philoſophus, & Democrito donat Plinius. Impij & gigantes Ioui bella inferentes fabulantur, quia ſcientiâ inflati; quæ mente non capiunt, fide non accipiunt. Et diuina vel nulla, vel humana non curare ſuaſi, & ſuadentes turpe &

hone-

honeſtū hominū, nō naturæ legibus defini tum imprudēter & impudēter affirmant. Certa vnde omniū vitiorum radix, ſeque nō ad obſequia, ſed ad Imperia natos ſom niantes & famæ & iuſtiſsimis etiam ſuperiorum decretis detrahentes, exemplo Pythagoræ ſeditionum Principes capiuntur. Eamquè in dementiam ſuperbè feruntur, vt ipſis exceptis, nullum alterum putent hominem eſſe. Ideò politicorum nonnulli Turcarum exemplo, inutiles philoſophorum nugas (his enim verbis mordent philoſophiam) perpetuò damnant exilio, quaſi virtutem, rerum copiam, reiquè publicæ pacem euertant, cùm impij, ignaui & ſeditioſi noſcantur. Sed hæc tyrannorum decreta, qui ſeruis non liberis, belluis nō hominibus gaudent imperare. Suſpectaquè illis rigida philoſophiæ libertas, *Pulcrius tyrannum, quàm furem occidere, clamantis*. Principibus verò, qui ciues non ſeruos; ſequè non dominos ſed Rectores agnoſcunt, & ſummè grata & tuta philoſophia: quia pietatis, virtutum, legum, Regnorumquè tum fœcūda,

tum ſanctiſsima parens. Summum in ea bonum; *Quod ſi occupas, incipis eſſe Deorum ſocius, non ſupplex*. Calumniantur ergo, qui aduerſus eam inſurgunt, ignari idem eſſe Philoſophum & virum bonum, nec re, ſed ratione tantùm diſtingui, & Pythagoram non inuidiâ, ſed recti ſtudio aliorum fuiſſe & opibus & imperijs infeſtum. Eo Cæſare iuſtior, quanto infœlicior: Dictator enim dominationi, vt liberos tyrannide & ſeruitute opprimeret; philoſophus verò Regno ſtuduit, vt ſeruos iuſtitiâ & libertate donaret. Fit fato quodam, vt ſemper bonos circunſtent mala, vt turpes iuuentur, pulcri verò auſus ſæpè impediantur. Pulcrum ergo nomen & Philoſophiæ pater, & Philoſophia retineat. Barbara ſine ea rudis & deformis Reipublicæ facies. Ideò ingenua iuuentus & Logicæ & Phyſicæ primæquè Philoſophiæ, & præcipuè morum doctrinæ diligenter incumbat; reliqua enim, licèt mentis habeant ſplendorem eximium, vitæ autem vtilitatem non habent. Eisquè ſtudentes, alienum

quodam-

quodammodò negotium agere,ſuum verò videntur omittere. Morum autem doctrina tota (vt ita dixerim) eſt de re noſtra. Fugienda ergo vel nulla, aut breuis, vel nimia naturalis philoſophiæ occupatio. Illa in ſtultitia homines retinet; iſta, cùm ad forum non attingat, eos, licèt doctos, inertes ciuiliquè vitæ inutiles facit. Ita ergo ſpeculationi incumbendum, vt actio penitùs non negligatur. Vigiliquè curâ ciuili dare operam oportet; eiusquè finem actionem eſſe diſcens nō cognitionem non tantùm mente etiam manu ciuis aſſequatur. Clauſum hoc iuuenibus iter, non idoneis huius doctrinæ auditoribus (quia voluptate & perturbatione trahuntur) & legum aperiet, & magiſtrorum inſtitutio; ſi, vt iam ſæpè monuimus, virtutis amore ab initio accendantur. Præceptorum ideò docentiumquè virtus cauſè eligenda, affectuumquè moderatio, potiùs quàm vana, aut inutilis verborum & rerum cognitio, in ſcholis curanda.

Vltimo philoſophiæ curſu ſiderū etiā aſpectus & iudicia noſcet mediam pru- *Aſtrologia*

dentiorum viam adolescens sequutus: labuntur enim & qui nulla astris, & qui cũcta subijciunt. Non solùm rei rusticæ, etiã medicæ necessaria Astrologia, tum vt acutorum crises prænoscat, tum vt affectus chronicos temporis electione depellat. Nec Medicorum vulgus cõtra insurgens audiendum: mos illi reprobare vtilia, quæ ignorat. Vtilis etiam, licèt non necessaria, Iurisprudentiæ & Theologiæ professoribus astrorum cognitio, vel sæculi, vel animi exerceant iudicia. Eorum aliqui (pudet referre) risu dignissimas in Astrologiam ferunt sententias. Et licèt ipsa cunctis pateat vulneribus, quia vulnerũ vias hostis ignorat; manet astrorũ superstitio illæsa; imò fortior & tutior: oratio enim debilis contrarij causam, licèt iniustam, sæpè iustam reddit. Alij, licèt aliàs doctissimi, leuium more fœminarum in omnibus sibi obuenturis venales Astrologos consulunt: qui mendaces, quia mendici, vt victum quærãt, falsa credulis oracula vendunt. Nec mirum, si aliquãdo vera: *Si multa torqueas, modò hoc modò illud*

erit;

erit; etiamsi casu, & nullo ductus sortilegio respondeas. Hoc certissimum, omne mantiæ genus falsum, noxium & expellendum. Nec astrorum prædictio hanc legem effugiet; si natalitijs imprudenter incumbas, si quærentibus satisfacias, si, cùm nec Medicus, nec Agricola, tempora eligas, si in annorũ reuolutionibus inani spe & metu copiæ & inopiæ ciues afficias, si magnos errantium synodos, & octauæ sphæræ nondum agnitos motus, nouissimequè spectatos planetas obseruans, certum Imperio, &, quod impium est, certum etiam Religioni diem statuas. Nocentissima hæc, maximè si in plebem incidant: & cautè expulsa, & cautiùs expellenda, si ignaros, quos non decet, fugiat, & doctos, quos summè decet, capiat Astrologia; nec ad eam nisi per philosophiam, nec ad altiores disciplinas nisi per eam aditum faciant. Viri enim docti arctis hanc clausam finibus sciẽtiam agnoscunt, & vanissima, quæ vulgus admiratur, rident iudicia. Si hæc displicent, quia fortè non tuta, tutiora sequamur. Et licèt

ſine aſtrorum nitore philoſophia obſcuretur, Aſtrologi, vt Tiberij Claudij & Vitellij temporibus, omnino expellantur. Omnis enim ex aſtrorum prænotione magia & ſuperſtitio : & inutilis dæmonum communio & inuocatio. Sed vt refert Tacitus: *Hoc genus hominum potentibus infidum, ſperantibus fallax, in ciuitate noſtra & vetabitur ſemper, & retinebitur.*

Hiſce iactis ſapientiæ fundamentis ad Medicinæ, Iuriſprudentiæ, aut Theologiæ ſacra ſtudioſi admittantur : aliàs non admittendi. Expedit enim Reipublicæ, vt nimia eorum turba, qui literarum otio & honore alliciuntur, longi labore itineris perterrita vel artificum, vel agricolarum, vel mercatorum, aut militum numerum augeat: horum inopiâ ſæpè Imperia deficiunt. Ideò ad huiuſmodi onera etiam honore multitudo excitanda, maximè quæ ingenij & opum facultate impotens noſcitur, ea enim naturâ & fortunâ ad ſeruiẽdum naſcitur. Addas, quòd Patres valere decet conſilio, populo ſuperuacanea eſt calliditas. Et paucisſimi digni philoſo-

phiâ, alijs qui fortè artibus digni.

Hæc igitur in ſcholis accepta altiori domi otio meditari oportet. Nec iuuenis, ſi ingenio polleat, tot rerum & ſcientiarum pondere oppreſſus animo cadat. Iſtæ enim artes potiùs ſe ad inuicem iuuant, non impediunt; maximè ſi debitis ordine & tēpore accipiātur, & cæteræ, vt famulæ, vtiliori deſeruiāt. Rudes ſine eis, & ſæpè riſum excitant, qui ſummo Imperij, aut Religionis honore onerati, quia horum ignari, ſtatim reuocanda decernunt, ſtultiſsima typis mandare permittunt, nebulonibus vaniſsima & fatua de machinis, medicina, alchimia, nauigatione ſpōdentibus fidem adhibent. Vnde apud hoſtes irriſio & audacia.

De militā tium diſciplina.

Hæc qui pacis otio dicantur; qui verò Martis labori addicuntur, ſuperiori curâ inſtituendi. Belli enim virtus Regni paciſquè ipſius eſt tutela & ſalus. Eâ perditorum ciuium audacia, quorum magnus ſemper eſt numerus, & externa hoſtium frænatur iniuria. Ideoquè, ſi honores virtutis præmia; ſi præmia labores metian-

tur,

tur: nobilitatis inſignia, dignitates & opes militiæ deſtinanda, & bellatorum copia vbiquè augēda. Princeps ergo in pace de bello cogitare non deſiſtat, ad idq́; eligat non purgamenta vrbium, non cædibus & latrocinijs efferatos, ſed eos, quibus magna & dura corpora, maiorquê adſit animi vigor, qui nihil metuant niſi turpem famam, & per gloriam vulnera excipere, quàm per ignominiam corpus integrum ſeruare pulcrius eſſe, firmiter credant. Prælio etiam maximè cōgruunt, qui rudiores; nam & audaces & robuſti magis, & odio ab inſcitia orto & credulitate temerè in hoſtes irruunt, præcipuè in eos, quos alienus mos, aut Religio deuincit. Sit ergo rudis, quidquid Plato ſenſerit, militantium turba, labori tantùm apta & obedientiæ: his namquè duobus militiæ diſciplina continetur. Iactu ergo milites, luctâ, curſu, & ſimilibus, & ſe firmos reddere, & ſe adinuicem ſuperare contendant, præmijs, lauro, veſte, gemma, anulo ad id excitantibus. AEſtui, frigori, vigiliæ, inediæ, & pul-

ueri

ueri aſſueti, & omni armorũ doctrinâ culti in modũ iuſtæ pugnæ tum pedites tum equites concurrere, & tubarum ſonitum & tormentorum fragorem ferre diſcant, vt ludricis ad vera inſtructi certamina tranſmittantur. Et, ne otio ſeneſcant, Princeps ſemper ex bellis bella ſeret. Nec legitimæ cauſæ deeſſe poſſunt; ſi vetera repeti iura, ſi recentes iniurias licet vindicare. Nec ſemper bellum in eoſdem, ne hoſtes bellicoſi reddantur. Varij etiam & longis ſpatijs diſcreti exercitus: quod ſaluberrimum eſt ad continendam militantium fidem. Longo itaquè belli vſu præclari in diem duces orientur. Qui exemplo, non iuſſu militiã doceant, luxum auertãt, audaciam & animi ardorem militibus infundant, eosquè in labore præcedant; in ſpoliorum verò diuiſione pòſt longè ſequantur (*Vtilitatem quærere vbiquè ingenuis & magnanimis viris non congruit*) qui caſtra noſcant fingere, locum idoneũ caſtris capere, per hoſtiles fines tutò ducere, è ſaltuoſis & impeditis locis incolumes euadere, cõmeatus & annonam ſibi

expe-

expedire,omnia hostium, nō secus quàm propria,regionis situs,vires,ingenia, mores agnoscere,qui cunctari,qui exequi, & ad subita belli præparatos esse, insidias cauere,& extruere, nihil in hoste despicere, eum diuellere,& ad pugnandi necessitatē hosti alieno adigere, fortunæ se præbenti non deesse: qui licèt loco & milite inferior,arte,& simulatione se superiori sciat æquare: qui victoriam modestè, cladem verò fortiter ferre discat: qui tandem virtute,prudentiâ,& omnium maxima fœlicitate clari noscantur: aduerso enim ducis aut prospero fato totius fortuna exercitus cedit.

Hæc fortis & prudentis; leuis autē creduli & ignari sexus,fœminarum,inquam, institutio non vt in Lacedæmone omittēda,sed Philosophi consilio ita curanda, vt eas à luxu auertat,superstitione & imperio: pudicitiam verò,obedientiam,taciturnitatem, & domesticos doceat labores. Nec vltrâ progrediantur,altiori enim disciplinâ,ipsius non capaces,abutentur. In eo tandem summa institutionis cura con-

ſumatur, vel pacem aut bellum, vel fœminas aut viros reſpiciat, vt ciues ſint quã optimi, & vt firmiter credant, *Sola bona, quæ honeſta: tantùm mala, quæ turpia: potentiam, nobilitatem, cæteraquè, quæ extra animum, nequè bonis nequè malis annumerari*; omnequè vtile eiuſmodi eſſe, vt exceſſus vel noceat habenti, vel certè nihil proſit, & omne vulgi opinione iucundum falſò ſic appellari, cùm ex eo potiùs dolor, quàm voluptas ſequatur: nihilquè verè vtile aut verè iucundum niſi in virtute: ſummum in ea bonum, ſummum in vitio dedecus credere diſcat. Et, qui alicuius turpitudinis ſæpè reus delatus in deſperatam correctionẽ venerit, ab Academiæ, militiæ, ciuitatisquè honoribus repellatur. Summa hæc honeſtatis iura aliqualiter in milite laxanda: in bello enim magis ad peritiam, quàm ad probitatem eſt reſpiciendum. Nec in cæteris rigida monachorum deſideranda perfectio; non omnes ad id nati; & liber animus dũ arctiùs præmitur, fortiùs inſurgit: *Et ſumma vitæ aſperitas id tantùm efficit, vt ciuis le-*

gem,

gem, quam ferre non valet, clam traſgreſſus, effrænatiùs voluptati tradatur. Modū & medium prudentiâ inuenies, certus, quòd ſi laxas, euadet: ſi ſtringas, erumpet: ciues enim, vt plurimū, nec totam ſeruitutem pati poſſunt, nec totam libertatē.

Vitiorum fundamēta. Sed fruſtrâ erit ciuium inſtitutio, ni vlteriùs legumlator progrediatur, vitiorum fundamenta prudenter noſcens, cautequè euertens. *Otium.* Suprema eorū radix otiū exiſtit. In diuite hoc luxurias, in paupere rapinas cogitat & furta. Nullus ergo etiā virtutem ſine corpore exerceat, ſemper contemplationis comes actio. Multa etiam ex nimia paupertate, aut opulentiâ mala naſcuntur. Diuites valdè, ſimulq́; probos eſſe impoſsibile. *Delicta* parit & ſeditiones egeſtas. Quæ ergo inopiam nimiam, nimias vè opes augent, minuēda. Minuenda, ex quibus illa, ignauia, luxus, intenta rerum pretia, nimia tributa, cenſus, vectigalia. Fugienda, ex quibus nimia venit opulentia, nonnullarum perpetuus familiarum aſcenſus, annui reditus emptio, &, vnde certus victus, primogenia,

caute-

çauteque medij omni in ciuitate ciues augendi. Isti enim inuidiam & superbiam, quibus extremi illi semper aguntur, fœlices ignorant. Sed istud non sufficiens; potiùs enim sunt exequandæ cupiditates quàm patrimonia. In id ergo suas Princeps vires intendat.

Ambitio & auaritia malorum omniũ materies, quibus arceri posſint, noſcat legumlator; nec omnino arcenda; nam si horum exceſſus fraudes parat, latrocinia, & periuria; defectus, quod deterius est, parit socordiam, multa inde mala. Honoris ergo & pecuniæ cupido sedari potiùs, quàm extingui oportet. Nec Stoici audiendi: eâ enim arte orbem natura condidit, vt venena etiã prosint, si debitè corrigãtur. Labores alit amor diuitiarũ, *Et licèt vitium ipsa sit ambitio, vt plurimùm tamen est causa virtutum.* Hæc igitur verba meum & tuum (quidquid Plato, aut Morus somniarint) toleranda; vtilitas enim eorũ noxâ superior. Qui propria tollit, & liberalitatẽ: aliena enim omnia & cõmunia statuit, & de communibus nulli est *Ambitio & auaritia.*

cura, quia cura omnibus; adeſt illis adinui cem negligentiæ accuſatio & excuſatio. Inde naſcitur etiam inæqualitas; ignauus enim laborantis ſudore reficietur. Vnde lethalis Reipublicæ morbus, ignauorum in diem numerus maior. Nec concordiã, vt cenſet Plato, iurgia potiùs parit com-munio. Rerum ideò dominia communi gentium vſu approbata, horum acquiſi-tioni enixè ſtudemus: natura enim magis propria, quàm communia, aut aliena dili-gimus. Noſtrorum amor impiger, labori, vigiliæ & actioni aptus: hæc ciuium ſalu-tem parant, & tuentur, non ergo reprobã dus, ni excedat. Obuiã ibit exceſſui legũ-lator, ſi euertat otia, ſi luxus auertat, ſi vir tutem & diuitijs præponat & nobilitati. Vbi mollities, vbi honores venales, ne-ceſſariò diuitiæ in pretio habendæ: ad ea-rumquè ſtudia omnium ingenia ciuium conuertenda. Pecuniæ inde cupido; cun-cta inde, quæ ex auaritia mala naſcuntur.

3. Ambitionis ferè eiſdem artibus vene-na corriges; ſi perpetuò virtutem hono-res ſequantur: eos, vt retuli, ſi diuitijs, la-

trocinia & furta; eadē, si imaginibus præbeas, orientur; ataui enim periurio acquiruntur, & periurij pretium pecunia. Si nouus homo à dignitate excluditur, & tantū antiquus ad honores admittitur, vtriquè aderit probitatis neglectus: arduum enim virtutis iter ab isto sine præmio (ideò tantùm quia nobilis, habiturum se noscit) non peragrandum; ab illo fugiēdum, ne ipsius obscuritas clarior efficiatur. Nō mirum ergo, si deserta virtus: ab ipsa enim, vnde honor olim, hodie infamia nascitur.

Raró ergo animo erunt pulcri, publicâ qui notâ turpes; ideòquè iuris infamia honorumquè exclusio cautè & præfinito tempore infligēda. Qui se eâ infectos agnoscunt, si generosi, vel suo vel Reipublicæ interitu illatum sibi dedecus effugiēt; si degeneres, vitio & turpitudini dediti, tantùm vilia & infamias cogitabunt. Nec miror, deficit illis validum concupiscentiæ frænum, honor. Vtilitatis & honoris cupidine cuncti trahuntur, quæ si optimis conferas, optimos cunctos ciues *Infamia.*

efficies. Habes vitiorum, vt fugias, virtutum, vt sequaris, vias: hinc subiectorum virtus. Ad ea, quæ cōmercijs deseruiunt, deueniamus.

Fori iustitia. Quæ in foro versatur iustitia, eò inuēta, ne audacioris modestior, aut minor potentioris præda fiat, vel fidem, qui potentior, non seruando, vel nocumenta clam aut vi inferendo. Iudex enim Arithmetica æquitate coget & pactis assentiri, & damna mihi illata restituere. Ardua nobis prouincia suscipitur, ex multiplici enim personarū facto & cōditione tot iura, tot dubia, tot interpretationes, tot iniuriæ nascuntur, vt liceat cū Tacito dicere; *Vt anteà flagitijs, sic nunc legibus laborari.* Nullus litium, nullus accusatorū & sumptuū finis. Tota litigatorū æstu feruet ciuitas. Nihil nisi eorum querelas & lacrymas, nil nisi rabularū clamores & rapinas audias & videas. Nec miror, nemo enim etiamsi iniustus sine aduocato & lege litigator: magna inde iudicum, causidicorū, scribarum, procuratorumquè turba; magnus, inquam, inutiliū, imò nocentiū hominum

minum numerus: qui ſine dubio vtiles, ſi rixarum, litium, delationum authores fau toresquè eſſe deſinerent, & agrorum cultui, mercaturæ, bello, aut opificio operam darent. Turpis iſta & omni ſeculo deplorata fori tabes ſcripto ſublato iure apud Turcas aliquantulum ſiſtit. Sed periculoſum, ſi ex proprio iudex capite ſentẽtiam ferat; maximè namquè oportet, vt, quæ rectè poſitæ ſunt, leges ſic cũcta explicẽt, vt quàm minimum iudicantis arbitrio relinquatur. Arduum profectò opus; plura enim negotia, quàm vocabula; non mens, non memoria ad omnia ſufficiens. Nonnulla tamen, quæ maximè vtilia, de legibus, & earum latore, dequè noſtra commerciorum iuſtitia breui nobis ſunt calamo dicenda. Veniam, ſi hæc extra locum iudices, cõcedas: latiùs de eis, cùm de rerum copia nobis futurus ſermo.

Lex nihil aliud eſt, quàm in certas regulas conſcripta virtus & ratio viuendi; vel ſumma eſt in ſcriptis gubernantium ſententia, quid ſit, vel non faciendum ad publicam ciuium fœlicitatem imperans. *Legis definitio.*

Sit iusta, breuis, clara; iubeat, non dispu-tet. Summa itaquè legis virtus iustitia. Iustum ergo, duplexquè id esse vel à natura vel à lege, noscas. A natura quod vbiquè gentium dictitat ratio; idem ius gentium dicitur, & diuinum posset appellari, quasi à Deo mentibus infusum. Iustū à lege est, quod ad illius, & quod ad sui tutelā quælibet Respublica decernit: eo tantùm iustum, quia publicâ id vtilitate suadēte iussum. Varium hoc & multiplex ex multiplici rerum publicarum, temporum, Regionum, personarum, fine, lapsu, situ, & conditione. Et licèt à primo illo iure orta, à secundo verò aucta sit vbiquè Religio, tertium de ea ius nobis statuendum, diuinum propriè dictum, quia à Deo datum, & vtriusquè testamenti paginâ cō-tentum. Iusta ergo lex erit, si diuino, si naturali, si ciuili iusto consentiat. Hoc vltimum priora illa intēdit, remittit, declarat, & tuetur. Vnde illud, Reipublicæ salus suprema lex esto. Qui meretricatur decalogo, qui præscribit, aut intra iusti pretij dimidiū decipit, naturæ opponitur,

Iustū, triplex, diuinum, naturale, ciuile.

cùm

cùm alterius iacturâ fiat locupletior; nihilominus publica ſalus & meretrices & iam dictas deceptiones permittit, & præſcriptiones ſtatuit. Si iſtas auferas, nouas in dies lites ſuſcitas; idem, ſi medias, omnis enim reſciſsioni ſubiecta erit conuentio; ſi illas non patiaris, caueas, ne dum digitũ ſeruas, caput amittas. Maximus omnium libidinis ardor, ferè nunquam vrere deſinens, viliſsimis ideò lignis detinendus, aliàs in pretioſa graſſabitur: & plenã ſcortis ciuitatem reddes, dũ illis vacuam curas efficere. Sãctius fateor & pulcrius, cunctos ſi ornaret ciues honeſtas; ſed id, ſi non negatum, perdifficile. Ideò non rectè, cautè & obliquè curandum: nam legum prudens lator, *Quod effectu promptũ, aut certè non ſit arduum*, ſemper ſtatuit.

Addas etiam, quòd cùm lex diuina & communis ſalus diſſentire videntur, ſummâ veniunt cautelâ concilianda. Exemplũ vſurarũ prohibitio & reditus annui emptio. Si vſuram patiaris, ius diuinum violari permittis; ſi omnino prohibeas, nullũ egenti relinquis auxilium: rarò enim ve-

expedire,omnia hoſtium, nō ſecus quàm propria,regionis ſitus,vires,ingenia, mores agnoſcere,qui cunctari,qui exequi, & ad ſubita belli præparatos eſſe, inſidias cauere,& extruere, nihil in hoſte deſpicere, eum diuellere,& ad pugnandi neceſsitatē hoſti alieno adigere, fortunæ ſe præbenti non deeſſe: qui licèt loco & milite inferior,arte,& ſimulatione ſe ſuperiori ſciat æquare: qui victoriam modeſtè, cladem verò fortiter ferre diſcat:qui tandem virtute,prudentiâ,& omnium maxima fœlicitate clari noſcantur: aduerſo enim ducis aut proſpero fato totius fortuna exercitus cedit.

Hæc fortis & prudentis;leuis autē credulí & ignari ſexus,fœminarum,inquam, inſtitutio non vt in Lacedæmone omittēda,ſed Philoſophi conſilio ita curanda, vt eas à luxu auertat,ſuperſtitione & imperio:pudicitiam verò,obedientiam,taciturnitatem, & domeſticos doceat labores. Nec vltrâ progrediantur,altiori enim diſciplinâ,ipſius non capaces,abutentur. In eò tandem ſumma inſtitutionis cura con-

ſuma-

sumatur, vel pacem aut bellum, vel fœminas aut viros respiciat, vt ciues sint quã optimi, & vt firmiter credant, *Sola bona, quæ honesta: tantùm mala, quæ turpia: potentiam, nobilitatem, cæteraquè, quæ extra animum, nequè bonis nequè malis annumerari*; omnequè vtile eiusmodi esse, vt excessus vel noceat habenti, vel certè nihil prosit, & omne vulgi opinione iucundum falsò sic appellari, cùm ex eo potiùs dolor, quàm voluptas sequatur: nihilquè verè vtile aut verè iucundum nisi in virtute: summum in ea bonum, summum in vitio dedecus credere discat. Et, qui alicuius turpitudinis sæpè reus delatus in desperatam correctionẽ venerit, ab Academiæ, militiæ, ciuitatisquè honoribus repellatur. Summa hæc honestatis iura aliqualiter in milite laxanda: in bello enim magis ad peritiam, quàm ad probitatem est respiciendum. Nec in cæteris rigida monachorum desideranda perfectio; non omnes ad id nati; & liber animus dũ arctiùs præmitur, fortiùs insurgit: *Et summa vitæ asperitas id tantùm efficit, vt ciuis le-*

gem,

gem, quam ferre non valet, clam trasgressus, effrænatius voluptati tradatur. Modũ & medium prudentiâ inuenies, certus, quòd si laxas, euadet: si stringas, erumpet: ciues enim, vt plurimũ, nec totam seruitutem pati possunt, nec totam libertatẽ.

Vitiorum fundamẽta. Sed frustrà erit ciuium institutio, ni vlterius legumlator progrediatur, vitiorum fundamenta prudenter noscens, cauteque euertens. *Otium.* Suprema eorũ radix otiũ existit. In diuite hoc luxurias, in paupere rapinas cogitat & furta. Nullus ergo etiã virtutem sine corpore exerceat, semper contemplationis comes actio. Multa etiam ex nimia paupertate, aut opulentiâ mala nascuntur. Diuites valdè, simulq́; probos esse impossibile. Delicta parit & seditiones egestas. Quæ ergo inopiam nimiam, nimias vè opes augent, minuẽda. Minuenda, ex quibus illa, ignauia, luxus, intenta rerum pretia, nimia tributa, census, vectigalia. Fugienda, ex quibus nimia venit opulentia, nonnullarum perpetuus familiarum ascensus, annui reditus emptio, &, vnde certus victus, primogenia,

çauteque medij omni in ciuitate ciues au gendi. Isti enim inuidiam & superbiam, quibus extremi illi semper aguntur, fœlices ignorant. Sed istud non sufficiens; potiùs enim sunt exequandæ cupiditates quàm patrimonia. In id ergo suas Princeps vires intendat.

Ambitio & auaritia malorum omniũ materies, quibus arceri posśint, noscat legumlator; nec omnino arcenda; nam si horum excessus fraudes parat, latrocinia, & periuria; defectus, quod deterius est, parit socordiam, multa inde mala: Honoris ergo & pecuniæ cupido sedari potiùs, quàm extingui oportet. Nec Stoici audiendi: eâ enim arte orbem natura condidit, vt venena etiã prosint, si debitè corrigãtur. Labores alit amor diuitiarũ, *Et licèt vitium ipsâ sit ambitio, vt plurimùm tamen est causa virtutum.* Hæc igitur verba meum & tuum (quidquid Plato, aut Morus somniarint) toleranda; vtilitas enim eorũ noxâ superior. Qui propria tollit, & liberalitatẽ: aliena enim omnia & cõmunia statuit, & de communibus nulli est

Ambitio & auaritia.

cura,

çura,quia cura omnibus; adeſt illis adinuicem negligentiæ accuſatio & excuſatio. Inde naſcitur etiam inæqualitas; ignauus enim laborantis ſudore reficietur. Vnde lethalis Reipublicæ morbus, ignauorum in diem numerus maior. Nec concordiã, vt cenſet Plato, iurgia potiùs parit communio. Rerum ideò dominia communi gentium vſu approbata, horum acquiſitioni enixè ſtudemus: natura enim magis propria, quàm communia, aut aliena diligimus. Noſtrorum amor impiger, labori, vigiliæ & actioni aptus: hæc ciuium ſalutem parant, & tuentur, non ergo reprobãdus, ni excedat. Obuiã ibit exceſſui legũlator, ſi euertat otia, ſi luxus auertat, ſi virtutem & diuitijs præponat & nobilitati. Vbi mollities, vbi honores venales, neceſſariò diuitiæ in pretio habendæ: ad earumquè ſtudia omnium ingenia ciuium conuertenda. Pecuniæ inde cupido; cuncta inde, quæ ex auaritia mala naſcuntur.

Ambitionis ferè eiſdem artibus venena corriges; ſi perpetuò virtutem honores ſequantur: eos, vt retuli, ſi diuitijs, la-

trocinia & furta; eadē, si imaginibus præbeas, orientur; ataui enim periurio acquiruntur, & periurij pretium pecunia. Si nouus homo à dignitate excluditur, & tantū antiquus ad honores admittitur, vtriquè aderit probitatis neglectus: arduum enim virtutis iter ab isto sine præmio (ideò tantùm quia nobilis, habiturum se noscit) non peragrandum; ab illo fugiēdum, ne ipsius obscuritas clarior efficiatur. Nō mirum ergo, si deserta virtus: ab ipsa enim, vnde honor olim, hodie infamia nascitur.

Infamia. Rarò ergo animo erunt pulcri, publicâ qui notâ turpes; ideòquè iuris infamia honorumquè exclusio cautè & præfinito tempore infligēda. Qui se eâ infectos agnoscunt, si generosi, vel suo vel Reipublicæ interitu illatum sibi dedecus effugiēt; si degeneres, vitio & turpitudini dediti, tantùm vilia & infamias cogitabunt. Nec miror, deficit illis validum concupiscentiæ frænum, honor. Vtilitatis & honoris cupidine cuncti trahuntur, quæ si optimis conferas, optimos cunctos ciues

efficies. Habes vitiorum, vt fugias, virtutum, vt ſequaris, vias: hinc ſubiectorum virtus. Ad ea, quæ cõmercijs deſeruiunt, deueniamus.

Fori iuſtitia. Quæ in foro verſatur iuſtitia, eò inuēta, ne audacioris modeſtior, aut minor potentioris præda fiat, vel fidem, qui potentior, non ſeruando, vel nocumenta clam aut vi inferendo. Iudex enim Arithmetica æquitate coget & pactis aſſentiri, & damna mihi illata reſtituere. Ardua nobis prouincia ſuſcipitur, ex multiplici enim perſonarũ facto & cõditione tot iura, tot dubia, tot interpretationes, tot iniuriæ naſcuntur, vt liceat cũ Tacito dicere; *Vt anteà flagitijs, ſic nunc legibus laborari*. Nullus litium, nullus accuſatorũ & ſumptuũ finis. Tota litigatorũ æſtu feruet ciuitas. Nihil niſi eorum querelas & lacrymas, nil niſi rabularũ clamores & rapinas audias & videas. Nec miror, nemo enim etiamſi iniuſtus ſine aduocato & lege litigator: magna inde iudicum, cauſidicorũ, ſcribarum, procuratorumquè turba; magnus, inquam, inutiliũ, imò nocentiũ ho-

minum

minum numerus: qui ſine dubio vtiles, ſi rixarum, litium, delationum authores fautoresquè eſſe deſinerent, & agrorum cultui, mercaturæ, bello, aut opificio operam darent. Turpis iſta & omni ſeculo deplorata fori tabes ſcripto ſublato iure apud Turcas aliquantulum ſiſtit. Sed periculoſum, ſi ex proprio iudex capite ſentētiam ferat; maximè namquè oportet, vt, quæ rectè poſitæ ſunt, leges ſic cūcta explicēt, vt quàm minimum iudicantis arbitrio relinquatur. Arduum profectò opus; plura enim negotia, quàm vocabula; non mens, non memoria ad omnia ſufficiens. Nonnulla tamen, quæ maximè vtilia, de legibus, & earum latore, dequè noſtra commerciorum iuſtitia breui nobis ſunt calamo dicenda. Veniam, ſi hæc extra locum iudices, cōcedas: latiùs de eis, cùm de rerum copia nobis futurus ſermo.

Lex nihil aliud eſt, quàm in certas regulas conſcripta virtus & ratio viuendi: vel ſumma eſt in ſcriptis gubernantium ſententia, quid ſit, vel non faciendum ad publicam ciuium fœlicitatem imperans. *Legis definitio.*

Sit iusta, breuis, clara; iubeat, non disputet. Summa itaquè legis virtus iustitia. Iustum ergo, duplexquè id esse vel à natura vel à lege, noscas. A natura quod vbiquè gentium dictitat ratio; idem ius gentium dicitur, & diuinum posset appellari, quasi à Deo mentibus infusum. Iustū à lege est, quod ad illius, & quod ad sui tutelā quælibet Respublica decernit: eo tantùm iustum, quia publicâ id vtilitate suadēte iussum. Varium hoc & multiplex ex multiplici rerum publicarum, temporum, Regionum, personarum, fine, lapsu, situ, & conditione. Et licèt à primo illo iure orta, à secundo verò aucta sit vbiquè Religio, tertium de ea ius nobis statuendum, diuinum propriè dictum, quia à Deo datum, & vtriusquè testamenti paginâ cōtentum. Iusta ergo lex erit, si diuino, si naturali, si ciuili iusto consentiat. Hoc vltimum priora illa intēdit, remittit, declarat, & tuetur. Vnde illud, Reipublicæ salus suprema lex esto. Qui meretricatur decalogo, qui præscribit, aut intra iusti pretij dimidiū decipit, naturæ opponitur,

Iustū, triplex, diuinum, naturale, ciuile.

cùm

cùm alterius iacturâ fiat locupletior; nihilominus publica salus & meretrices & iam dictas deceptiones permittit, & præscriptiones statuit. Si istas auferas, nouas in dies lites suscitas; idem, si medias, omnis enim rescissioni subiecta erit conuentio; si illas non patiaris, caueas, ne dum digitũ seruas, caput amittas. Maximus omnium libidinis ardor, ferè nunquam vrere desinens, vilissimis ideò lignis detinendus, aliàs in pretiosa grassabitur: & plenã scortis ciuitatem reddes, dũ illis vacuam curas efficere. Sãctius fateor & pulcrius, cunctos si ornaret ciues honestas; sed id, si non negatum, perdifficile. Ideò non rectè, cautè & obliquè curandum: nam legum prudens lator, *Quod effectu promptũ, aut certè non sit arduum*, semper statuit.

Addas etiam, quòd cùm lex diuina & communis salus dissentire videntur, summâ veniunt cautelâ concilianda. Exemplũ vsurarũ prohibitio & reditus annui emptio. Si vsuram patiaris, ius diuinum violari permittis; si omnino prohibeas, nullũ egenti relinquis auxilium: rarò enim ve-

rum mutuum. Nec numulum dat quisquam, nec verbum sine lucri spe aduocatus. Vtilis ideò visa census inuentio; nam Dei illæso iure opem reperit egens, & ciuitatis salutem tuemur. Nihil tutum, si in desperationem veniat egestas.

Quibus ergo ex causis & Dei & naturæ præcepta possis declarare, & remittere diligenter addiscas; aliàs tua in dubium potestas vocabitur. Multi enim, dum pietatem vel stultè affectant, vel callidè simulant, iustissima etiam Principũ placita potestatis defectu & nulla, & non seruanda audacter affirmant. Magna inde legum lues, & Reipublicæ tabes proficiscitur. Ideò pulcra Platonis ore & aurea lex, quæ iubet: *Ne quis iuuenum quærere audeat, rectène an contrà, se leges habeant. Sed vnà omnium voce rectè, tanquam à Dijs positas, concedi, præcipit: nec vllo modo aliter pati, quidquam à iuuenibus excogitari. Senẽ autem, si quid excogitauerit, Principibus & æqualibus, nemine iuuenũ audiente, referre.*

Non solùm naturali & diuino, ciuili

etiam

etiam iuri lex conſentiat. Diſſentiet, ſi lex legi, ſi Reipublicæ fini, aut communi ſaluti non inſeruiat. Quæ omnia à legum conditorum incuriâ & inſcitiâ: ſæpè enim priorum obliti, vel earum ſenſuum ignari cõtrarias illis leges ſcribunt, ſæpiſſimè ab alijs Rebuſpublicis, quæ illis fortè vtilia, ſibi noxia iura mutuantur. Non idem omnium finis, alijs libertas, opulentia alijs, alijs præſidet virtus. Quæ igitur omnibus, quæ ſingulis vtilia Rebuſpublicis noſcenda: ſæpè enim, quæ iſti prodeſt, lex illi nocet. Non cuncti eodem fræno equi, ab alio iſti, illi ab alio reguntur.

Vtilis in populari ſtatu, vbi libertas & æquum ex numero potior habetur, ſortis electio, quia nimis æqualis; nocens verò, vbi ratio potior; nam ſors ſine ratione. Nocebit etiam paucorum potentiæ, ſi magiſtratus cum mercede ſtatuas: ægrè enim populus feret, ſe ab honore excluſum & lucro. Supremæ iſtæ ſeditionũ cauſæ. Cautius ergo, ſi ſalaria tollas, eis nõ eget, quia diues magiſtratus. Minor etiam

excluso inerit pauperi inuidia, honorem sine lucro non appetet, imò fortè gaudebit, cum sua agere non impediatur. Noxia hæc in populari statu. Si merces desit inopi ad magistratum fortè vocato, vnde illi victus? Necessariò diues eligendus, & popularis cõtra institutum in paucorum potentiam descendet. Caueas etiam; nam, licèt optima prosit in Republica & in Regno facultatum æqualitas, & ideò medij in ciuitate ciues augendi (qui imperio & obsequio tum superbo diuite, tum inuido paupere aptiores) nocebit tamen & populari & paucorum potentiæ, si possessionũ fiat adæquatio; vtraque enim deficiet, cũ inopia & opulentia, quibus hæc & illa nituntur, deficiant. Vtilis ergo si est in Regno æqualitas, primogeniorum iura sunt minuenda. Sed hæc si tollas, nobilitatis & Reipublicæ obscuratur splẽdor, & firmissimam Imperij tutelam euertis; Reguli enim dum se ad inuicem custodiũt, eâ gaudent regendi ratione, vnde sibi nobilitatis insignia, dignitates, honores, nulloquè tẽpore perituræ diuitiæ nascuntur. Incertus

illis ex mutatione ascensus, descensus cer tissimus. Ideoquè præsentem ciuitatis statum cautè diligunt, & facilè tuentur; eis enim multorum mentes ciuium vel amore, vel timore, aliòvè affectu semper adsunt deuinctæ. Ipsi ergo à Rege seruandi, & qui potentiores cautè minuendi, ne se pares existiment, infestiquè fiant. Sic tandem Regia eos potentia superet, cætera vt astra solis splendor. Tutius tamen nõnullis visum, si possessiones prudens adæques: pecuniâ enim & sanguine illustres obsequia ignorant, impunè leges violant: suis namquè flagitijs veniam donat, velit, nolitvè imperans; seditionumquè capita plebi experiuntur: plebs enim, vt mare, nõ suo, sed alieno flatu mouetur; nihilquè eam amotis Principibus ausuram noscis. Sed de his latior nobis, cum de pace, sermo. Iusta ergo lex erit, quæ communi ciuitatis & ciuium saluti inseruiat; pessima, quæ tantùm dominantium commoda affectet. Vbi potentiorum potior vtilitas, eas noscis leges valere, vnde cæteris seruitus deueniat. Popularis status, vt nobi-

les,

les, paucorum potentia, vt populum, tyrannus, vt omnes, nobilitatem & multitudinem, ſeruire faciat, leges ſtatuit. Et, quia rudes & pauperes ſeruituti aptiſsimi, ea omnia tyrannus prohibet, vnde ciuibus prudentia poſsit, aut diuitiæ contingere. *Adempto per inquiſitionem loquendi, audiendiquè commercio: nobilitate, opibus, & ſapientià claris expulſis, omniquè bona arte actà in exilium.* Diſsidia etiam & iurgia inter ciues ſeminat, vt aſsiduis moleſtijs & ſumptibus implicati & conſumpti vacare non valeant ſeditionum conſilio. Hæc & ſimilia peſsimæ, optimæ autẽ Reſpublicæ, quia illis contrariæ, cõtraria decernunt; eaquè ſolerter excogitant, vnde ciuibus cõcordia poſsint naſci prudẽtia & diuitiæ: hæc enim continet ciuile iuſtum; & ea omnia lex continet, non ſolùm cum publicam, etiam cùm priuatã præcipuè ſalutem tuetur; vel contractibus vel teſtamentis vel delictorum pœnis vel iudicijs conſulat. Summa hæc iuris capita, quæ ex varia perſonarum & rerum conditione multiplices à lege differen-

tias

ias accipiunt. Nonnulla exempli gratiâ ubijcienda.

Contractuum ope suæ humana socie- tas indigentiæ succurrit : augeri ergo cō- nercia oportet, non minui. Non tuta deò in Rege, criminosa in priuato mono- polia : nam quidquid rerum pretia inten- dit, vitandum; aliàs caritas, pôst ino- pia, tandem ex seditione remedium. Li- bera ergo sit contrahendi facultas, om- nisquê conuentio à iure tuenda; ni virtus, rerum copia, aut ciuium pax resistat. Si pa- cto turpitudo, famam, salutem, alteriusvè opes lædens, cōtineatur, fides non habē- da. Idem si fortuna aut persona contrahē- tis nimis lædatur, si membri abscissionē, omnia si bona dones, aut promittas : ex- pedit enim Reipublicæ, ne quis re suâ ma- lè vtatur, integrisquè & diuitibus, non egenis aut truncatis ciuibus gaudet. In- uenti ergo contractus, ne egeas, ne vt ege- nus fias : nulla ideò prodigi, & nulla eius conuentio, qui aut ætate vt impubes, aut morbo vt furiosus, mente impotens noscitur : facilè enim isti deceptionem &

Contra- ctus.

egesta-

egeſtatem incurrent. Vitanda etiam vſurarum conuentio; tum quia à Deo prohibita; tum quia præter naturam, vt numus numum pariat; tum *quia vetus vrbi fœnebre malum & ſeditionum diſcordiarumquè creberrima cauſa.* Viliſsimus enim ciuiũ, aut ignaui aut prodigi aut infortunati ſanguine obeſus, ciuitatem pauperibus implet. Triplici ideò à iure huius nocentis lucri facta prohibitio; ſed caueas, ne ex ea & numulariæ & commerciorum ſequatur inopia. Reditus ideò annui reperta emptio; quæ fortè etiam non tuta, commercia enim minuit, & otia auget. Sine lite ſtultus, qui ſuas commercij & fortunæ ludibrio opes ſupponit, cum, annuo empto reditu, in otio valeat & ignauiâ viuere. Vtilis ideò nonnullis viſum, ſi Reſpublica facili vſurâ numulariam exerceat. Sed deuij facti ſumus: hæc enim omnia futuram de rerum copia orationem reſpiciunt.

Hæreditates. Quæ in contractibus, eadem in hæreditatum vel à teſtamento vel ab inteſtato ſucceſsione prohibenda. Teſtatorumquè lex erit voluntas, ſi omni iuſto cõſentiat.

Non

Non ergo ſeruanda, ſi turpia iubeat, vel illa ſtatuat, vnde ciuium inæqualitas ſtultæquè differentiæ naſcuntur; ſi perpetua alienationis adſit prohibitio, ab antiquorum prudentia, quia nota, reſtricta; hodie verò adeò frequentata, vt temporis progreſſu nec glebula ſine vinculo inuenienda. Vnde poſsidentium dominatio, turpitudo, ignauia; non poſsidentium ſeruitus, egeſtas, deſperatio. Noſcis, ſi prudēs, quæ inde mala. Plura alia pietatis ſpecie frequens in teſtamentis excogitat vanitas, quibus remedia in tempore adhibenda: propè enim Reipublicæ habent interitū. Laxas ideò nimis teſtantium voluntates reſtringas, & ab inteſtato ſucceſsiones augeas. Philoſophum more ſuo prudentiſsimè conſulentem accipias: *Et ſucceſsio in hæreditatibus per cognationem ſit, non per donationem: nec valeat quiſquā plures hæreditates capere; ſed vnam ſolummodò: per hunc enim modum magis æquales erunt facultates, & egenorum permulti in abundantiam traducentur.* Vtile ergo, ſi eum à ſucceſsione amoueas, qui certa au-

reorum

reorum millia iam hæres acceperit.

Delicta. Ad delictorum pœnas deſcēdens. Iſtæ nec illa nec illorum authores, ni cauſa adfuerit magna, tranſgrediantur. Grauitas ex nocumento illato vel publicæ rei vel priuatæ diſcenda. Capitis res erit, ſi Religionem tollas, virtutes enim & ſocietates omnes deſtruis: ſi eam noues, ſi Principi, ſi patriæ inſidias ponas: his enim omnibus diſcordias ſeminans ſummū ciuitatis bonum, pacem, euertis. Proximè accedit, qui efferatè auarus alimentorum pretia curat intendere. Inde ſæpè ſeditio: *grauitate annonæ iuxta ſeditionem deuētum*. Nec miror, fidus etiam canis fame infidus redditur. Reorum hi omnium grauiſsimi, proximè enim virtuti, rerum copiæ, & paci inſidiantur; ideò miſericordiæ ſpe ablatâ puniēdi. Priuatis in delictis, vel vitæ vel famæ vel ciuis noceas opibus, homicidium aut falſitatis crimen vel in notario vel in teſte vltimo venit ſupplicio puniendum. In furto, ni deſperata ſit correctio, verbera, triremes, publicavè opera ſatis ad quietem, pœnam & terrorē.

Et licèt hoc delictorum leuissimum, minimum enim bonorum, opes, ofendit, regẽdi ratio (quidquid Lacedæmones, AEgyptij, & alij senserint) nos docet, nõ inultum relinquendum. Vltra eas, quas criminosus tum in corpore tum in fortunæ bonis pœnas patitur, omnium maxima solet infamia contingere. Quæ tempore præfiniri à lege oportet. Proponendum etiam seruis libertatis præmiũ Philosophus censet, nam si perpetuò turpis nota duret, & nullam emergendi spem concedas, quot infames, tot trãsfugas, tot desperatos hostes, tot seditionum authores efficies: *Nihil spei illis nisi per discordias.* Raró ergo vel nũquam hæreditaria culpa statuatur: ne temporis progressu vnius tantùm nota cũctam fortè ciuitatem inficiat: ipsius vnde euersio: nam superior in diem & exclusorum erit & hostiũ numerus. Audax nimiè, si in multos; & præcipuè animo elatos cadat, desperatio.

In iudicijs, eorum breuitati & litigantium laboribus expensisque consules: Nec id nimis arduum cùm dilationum

sumptuumquè causas facilè posſis noſcere, & effugere. Eas nunc referre intempeſtiuum & ingratum eſſet. Iuſta ergo lex erit, ſi Dei timor, naturæ æquitas, & publica ſalus adſint tibi perpetuò Conſiliarij; ſi vltimum ciuitatis bonum pacem noſcens vel ſtatuas, vel contrahas, vel inſtituas, ea vites omnia, vnde ciuium vel culpa vel inopia vel inæqualitas, ſtultæquè differentiæ (veriùs honorum monopolia dices) & factiones naſcantur. Sit tandem *vtiliſsimus, ac breuiſsimus bonarum, malarumquè rerum delectus, cogitare, quid aut volueris ſub alio Principe, aut nolueris.*

Lex iuſta

Aliæ ſequuntur legum virtutes, breuitas & claritas, quò faciliùs à rudioribus teneantur. Dubij obſequimur imperanti dubia, nec mirum, ſi ab ignaro lex violata, quæ à doctiſsimo nunquam intellecta. Obſcuritas vel à rebus venit, vel à verbis, vel ab inordinata legum collectione. A verbis; vel eorum defectu, vel exceſſu, vel qualitate, vel vitioſa collocatione. Si verbū deficit, etiā ſenſus: dubiū inde & multiplex interpretatio. Si ſupereſt, ne otio-

Vnde legū obſcuritas

ſum maneat, ſenſus adijcimus. Idem, ſi verba ſint peregrina, antiqua, trāslata, aut æquiuoca. Peregrina; ea enim neſcit, cui lex præcipuè inſcribitur, vulgus; ideò vulgari & proprio lex ſermone dicenda. Antiqua; quia iam peregrina, & Doctorum conſilio viuamus moribus præteritis & verbis præſentibus loquamur. Trāſlata; quia, ſi continuentur, obſcuritati & ænigmati ſeruiunt. AEquiuoca; quia tantùm nugis apta & deceptioni. Hæc igitur omnia, & omnis verborum & ſententiarum figura, omniſquè à propria ſignificatione cum virtute mutatio fugienda: vt plurimùm enim vel dubiam vel ſuperfluā orationem efficiunt. Vitanda etiam incurioſa verborum ſimilitudo & collocatio: parit enim ambiguitatem & amphibologiā. Propria ergo, breuis, & clara oportet oratio; non ſolùm cum definis & doces, etiam cum imperas.

Hæc de ea, quæ ex verbis. Quæ ex rebus obſcuritas vel à nimia ſubtilitate, vel à multitudine, vel à legum inopia proficiſcitur. Nimis ſubtilia; quæ de ſuitate, de poſt_

humorum præteritione & exhæredatione, dequè pluribus alijs Romana cogitauit Iurisprudentia: quæ à multis in dubium vocata, quia à paucis accepta. Hinc multiplex hæc illi & ipsarum legum menti opposita interpretatio, quæ licèt nocens, nunquam oblita; eo tantùm, quia à Romanis inuenta, quasi nihil posit corrigi, addiquè veteribus institutis. Sed hic vulgi non doctorũ error: antiqua enim, si Philosopho credimus, pleraquè rudiora. Etiam; quæ non nouanda, diuina contra antiquos nouat Plato. Non seruit antiquitati prudens; non authoritati, si ratio dissentiat. Subtiles etiam & obscúras leges ab ambitione latas credo & auaritiâ, vt verti posint, quò vellet, qui tulit. Eis etiam tyrannus studet, vt ciues litibus implicati & consumpti vacare non valeant rebellandi consilio. Quæ à legum multitudine venit confusio, in eisdem Romæ patet codicibus. Multa ibi sine vtilitate, sæpè eadem inculcata, aut sibi adinuicem in contrarium iussa. Vnde tot dignissima lituræ volumina. Et licèt nota hæc

mala

mala in Academia, in Curia ea aliquorum tuetur aut ambitio aut inſcitia; gaudent eis honorem eſſe malis, vnde ſibi honor, & vetuſtatis ſerui ipſius etiam vitia venerantur; vel ſtare ſinunt, quia periculoſa omnis nimia mutatio. Nullum peccatum ſine patrocinio, nulla ſtultitia. Sequitur eã, quæ ex multitudine, quæ ex legum inopia venit confuſio. Neceſſariò ambiguus laturus ſine lege ſententiam iudex. Deſperata huius obſcuritatis ſpecies, quis enim omnia ni diuinus prouideat? Prouida, etiam quaſi in multis deficiens, accuſatur natura. Curandum tamen, vt quàm minimum iudicãtis arbitrio relinquatur. Quoad fieri poſsit, facies, ſi prima genera ſpeciesquè vltimas earum rerum, quæ iuri ſubijciuntur, integrè capias, & quæ illis poſsint accidentia contingere, vnde diuerſa ratio, diligenter inquiras, omniquè iuri ſeruiens ſtatuas. Quæ ſi debito ordine Logicè doctus congeras, ceſſabit, quæ illius defectu venit, obſcuritas. De his nobis aliàs futura oratio, vtilis fortè & digna.

Sine fructu hæc omnia, ſi interpretum volumina patiaris: medio illi in ſole noctes excitant; & ſine dubio leges vel quia ſtulti vel oſtentandi gratiâ dubias efficiunt. Non Accurſius, non Bartolus ferendus. Oblata dubia prudentiorum conſilio, additis Princeps legibus, ſtatim ſoluat.

Fruſtrâ hæc omnia, ni legum cuſtodiæ integrè ſtudeas. *Prima omnium lex, vt legibus pareas. Si prohibita impunè tranſcenderis, nequè metus vltrà, neque pudor eſt.* Vnius impunita legis violatio omnes violat. Non ergo auro, non ſtemmati ius cedat. Diuites, ni aliud doceat neceſsitas, aureo fune, nobiliores altiori furca ſuſpēdendi. Si illatam illi iniuriā non vlciſceris, propriâ fortè manu vlciſcetur, & in te ſæuiet. Philippum à Pauſania occiſum noſcis. Eos ergo magiſtratus eligas, qui nullo deuij affectu iuſtitiæ viā nec momēto deſerant. Cætera, ſi hæc deficiant, nulli habēda. Nec ad id Conſiliarios potes adiutores effugere: Dei enim potiùs quàm hominis eſt vnius, omnia, quæ ad iuſtum ſpectant

Impe-

Imperium, cognoſcere. In alijs inuenies, quæ te deficiunt, lectio, peregrinatio, experientia. Prudentiæ ergo, non Imperij ſocios, eos eligas, qui virtute, eruditione & rerum vſu clari noſcantur.

Obuia ſeſe obtulit diſtribuens iuſtitia: breuiter eius iter percurrendum. Qui ab eo, etiam à Principatu Princeps recedit. Certiſsimus Reipublicæ caſus, ſi nobilitatis inſignia, dignitates & opes obſcuris tribuantur. Obſcurus, qui ſine virtute, licèt auro aut ſanguine clarus. Pulcra & honore digna in Belga in Afro & in hoſte virtus. Eâ præditis (Perſarum & antiquæ Romæ exemplo) nemine excluſo, omnis pateat dignitas & magiſtratus. Eiuſdem eſſe iuris oportet, qui ſub eodem Rege victuri ſunt. Prudentiſsimè Alexander *Perſas & Macedones connubio iungi ſtatuit: hoc vno docuit modo, pudorem victis & ſuperbiam victoribus detrahi poſſe*. Huius etiā AEneas gnarus prudētiæ, qui eiſdē Troianos & Aborigenes & iure & nomine cōciliauit. *Quid aliud exitio Lacedæmonijs aut Athenienſibus fuit, quamquā armis pol-*

Diſtribuens iuſtitia.

Nobilis quis?

lerent, nisi quòd victos pro alienigenis arcebant? Quæ res indignationem strenuorum accendit. Quot enim ab honore exclusi, tot domestici hostes externis deteriores: illi enim pro gloria & imperio; hi verò pro imperio certant, pro gloria, pro fama, pro vltione, pro libertate. Sed hic, licèt lethalis, si cum Republica natus vel antiquus sit morbus, desinẽdus, ne medicinis fiat lethalior. Qui enim veteri pecuniâ aut sanguine superbiunt, res nouas moliuntur. *Se namquè iniurias passos polluiquè honores credũt, si eos, quamuis egregius, nouus homo fuerit adeptus.* Immemores suos etiã olim atauos sine auro fuisse, sine virtute, sine imagine. Itaquè veteribus, etiam quæ vsũs vehementer arguit, stare oportet, & omittere potiùs præualida & adulta vitia, quã hoc assequi, vt palam fiat, quibus flagitijs impares essemus. Cautèq; curandũ, vt potentior sit ea pars, quæ Rempublicã saluã esse velit, quã ea, quæ nolit; & nobilitati, si præualeat, assentiendũ, vel obliquè, sensim, & cautè, quasi aliud facias, non vi aut impetu pestis hæc

corri-

corrigēda. Optimâ ergo in Republica nō, vt fortunæ bona, maiorū probitas vel culpa hæreditaria ſtatuatur, ni propriâ virtute aut culpâ iuuetur. Ni dolorē, riſum moueret eorū fatuitas, qui nepotes proprijs orbos, auorū oculis viſuros credūt. Fateor à colūbis aquilas nō naſci, & ſterilitatē in iſtis, ſicut in agris, in illis autē familijs fertilitatē agnoſci; ſed ab optimis naſci peſsimos, & à peſsimis optimos quotidie experimur. Ideò veritate nunquā potior præſumptio, nec ſomniata culpa notâ erit virtute ſuperior. Fateor etiā magna ex nobilitate in plebē authoritas, cui ſācta ſēper comes obediētia. Ignotis retractāter obedimus; niſi virtute vel prudētiâ nobiles. Prudens Amaſij peluis ſit exēplo. Sūma ideò præcipuè belli imperia filijs, aut Regū fratribus mādāda. Horū, ſi adſit virtus, authoritas omni obtrectatione & inuidiâ ſuperior: aliàs, Rex à Rege etiā natus deſpicietur: omnis enim ab improbitate & inſcitiâ cōtēpus; cōtrà à probitate & ſapiētiâ omnis æſtimatio: hiſce nāq; ornati plebei etiā homines cœleſtibus ſimiles efficiuntur.

lerent, nisi quòd victos pro alienigenis arcebant? Quæ res indignationem strenuorum accendit. Quot enim ab honore exclusi, tot domestici hostes externis deteriores: illi enim pro gloria & imperio; hi verò pro imperio certant, pro gloria, pro fama, pro vltione, pro libertate. Sed hic, licèt lethalis, si cum Republica natus vel antiquus sit morbus, desinẽdus, ne medicinis fiat lethalior. Qui enim veteri pecuniâ aut sanguine superbiunt, res nouas moliuntur. *Se namquè iniurias passos polluiquè honores credũt, si eos, quamuis egregius, nouus homo fuerit adeptus*. Immemores suos etiã olim atauos sine auro fuisse, sine virtute, sine imagine. Itaquè veteribus, etiam quæ vsũs vehementer arguit, stare oportet, & omittere potiùs præualida & adulta vitia, quã hoc assequi, vt palam fiat, quibus flagitijs impares essemus. Cautèq; curandũ, vt potentior sit ea pars, quæ Rempublicã saluã esse velit, quã ea, quæ nolit; & nobilitati, si præualeat, assentiendũ; vel obliquè, sensim, & cautè, quasi aliud facias, non vi aut impetu pestis hæc

corri-

corrigēda. Optimâ ergo in Republica nō, vt fortunæ bona, maiorū probitas vel culpa hæreditaria ſtatuatur, ni propriâ virtute aut culpâ iuuetur. Ni dolorē, riſum moueret eorū fatuitas, qui nepotes proprijs orbos, auorū oculis viſuros credūt. Fateor à colūbis aquilas nō naſci, & ſterilitatē in iſtis, ſicut in agris, in illis autē familijs fertilitatē agnoſci; ſed ab optimis naſci peſsimos, & à peſsimis optimos quotidie experimur. Ideò veritate nunquā potior præſumptio, nec ſomniata culpa notâ erit virtute ſuperior. Fateor etiā magna ex nobilitate in plebē authoritas, cui ſācta ſēper comes obediētia. Ignotis retractāter obedimus; niſi virtute vel prudētiâ nobiles. Prudens Amaſij peluis ſit exēplo. Sūma ideò præcipuè belli imperia filijs, aut Regū fratribus mādāda. Horū, ſi adſit virtus, authoritas omni obtrectatione & inuidiâ ſuperior: aliàs, Rex à Rege etiā natus deſpicietur: omnis enim ab improbitate & inſcitiâ cōtēpus; cōtrà à probitate & ſapiētiâ omnis æſtimatio: hiſce nāq; ornati plebei etiā homines cœleſtibus ſimiles efficiuntur.

lerent, nisi quòd victos pro alienigenis arcebant? Quæ res indignationem strenuorum accendit. Quot enim ab honore exclusi, tot domestici hostes externis deteriores: illi enim pro gloria & imperio; hi verò pro imperio certant, pro gloria, pro fama, pro vltione, pro libertate. Sed hic, licèt lethalis, si cum Republica natus vel antiquus sit morbus, desinēdus, ne medicinis fiat lethalior. Qui enim veteri pecuniâ aut sanguine superbiunt, res nouas moliuntur. *Se namquè iniurias passos polluiquè honores credūt, si eos, quamuis egregius, nouus homo fuerit adeptus.* Immemores suos etiā olim atauos sine auro fuisse, sine virtute, sine imagine. Itaquè veteribus, etiam quæ vsus vehementer arguit, stare oportet, & omittere potiùs præualida & adulta vitia, quā hoc assequi, vt palam fiat, quibus flagitijs impares essemus. Cautèq; curandū, vt potentior sit ea pars, quæ Rempublicā saluā esse velit, quā ea, quæ nolit; & nobilitati, si præualeat, assentiendū; vel obliquè, sensim, & cautè, quasi aliud facias, non vi aut impetu pestis hæc

corri-

corrigēda. Optimâ ergo in Republica nō, vt fortunæ bona, maiorū probitas vel culpa hæreditaria ſtatuatur, ni propriâ virtute aut culpâ iuuetur. Ni dolorē, riſum moueret eorū fatuitas, qui nepotes proprijs orbos, auorū oculis viſuros credūt. Fateor à colūbis aquilas nō naſci, & ſterilitatē in iſtis, ſicut in agris, in illis autē familijs fertilitatē agnoſci; ſed ab optimis naſci peſsimos, & à peſsimis optimos quotidie experimur. Ideò veritate nunquā potior præſumptio, nec ſomniata culpa notâ erit virtute ſuperior. Fateor etiā magna ex nobilitate in plebē authoritas, cui ſācta ſēper comes obediētia. Ignotis retractāter obedimus; niſi virtute vel prudētiâ nobiles. Prudens Amaſij peluis ſit exēplo. Sūma ideò præcipuè belli imperia filijs, aut Regū fratribus mādāda. Horū, ſi adſit virtus, authoritas omni obtrectatione & inuidiâ ſuperior: aliàs, Rex à Rege etiā natus deſpicietur: omnis enim ab improbitate & inſcitiâ cōtēpus; cōtrà à probitate & ſapiētiâ omnis æſtimatio: hiſce nāq; ornati plebei etiā homines cœleſtibus ſimiles efficiuntur.

lerent, niſi quòd victos pro alienigenis arcebant? Quæ res indignationem ſtrenuorum accendit. Quot enim ab honore excluſi, tot domeſtici hoſtes externis deteriores: illi enim pro gloria & imperio; hi verò pro imperio certant, pro gloria, pro fama, pro vltione, pro libertate. Sed hic, licèt lethalis, ſi cum Republica natus vel antiquus ſit morbus, deſinẽdus, ne medicinis fiat lethalior. Qui enim veteri pecuniâ aut ſanguine ſuperbiunt, res nouas moliuntur. *Se namquè iniurias paſſos polluiquè honores credũt, ſi eos, quamuis egregius, nouus homo fuerit adeptus*. Immemores ſuos etiã olim atauos ſine auro fuiſſe, ſine virtute, ſine imagine. Itaquè veteribus, etiam quæ vſũs vehementer arguit, ſtare oportet, & omittere potius præualida & adulta vitia, quã hoc aſſequi, vt palam fiat, quibus flagitijs impares eſſemus. Cautèq; curandũ, vt potentior ſit ea pars, quæ Rempublicã ſaluã eſſe velit, quã ea, quæ nolit; & nobilitati, ſi præualeat, aſſentiendũ; vel obliquè, ſenſim, & cautè, quaſi aliud facias, non vi aut impetu peſtis hæc

corri-

corrigēda. Optimā ergo in Republica nō, vt fortunæ bona, maiorū probitas vel culpa hæreditaria ſtatuatur, ni propriâ virtute aut culpâ iuuetur. Ni dolorē, riſum moueret eorū fatuitas, qui nepotes proprijs orbos, auorū oculis viſuros credūt. Fateor à colūbis aquilas nō naſci, & ſterilitatē in iſtis, ſicut in agris, in illis autē familijs fertilitatē agnoſci; ſed ab optimis naſci peſsimos, & à peſsimis optimos quotidie experimur. Ideò veritate nunquā potior præſumptio, nec ſomniata culpa notâ erit virtute ſuperior. Fateor etiā magna ex nobilitate in plebē authoritas, cui ſācta ſēper comes obediētia. Ignotis retractāter obedimus; niſi virtute vel prudētiâ nobiles. Prudens Amaſij peluis ſit exēplo. Sūma ideò præcipuè belli imperia filijs, aut Regū fratribus mādāda. Horū, ſi adſit virtus, authoritas omni obtrectatione & inuidiâ ſuperior: aliàs, Rex à Rege etiā natus deſpicietur: omnis enim ab improbitate & inſcitiâ cōtēpus; cōtrà à probitate & ſapiētiâ omnis æſtimatio: hiſce nāq; ornati plebei etiā homines cœleſtibus ſimiles efficiuntur.

Sine fructu hæc omnia, ſi interpretum volumina patiaris: medio illi in ſole noctes excitant; & ſine dubio leges vel quia ſtulti vel oſtentandi gratiâ dubias efficiunt. Non Accurſius, non Bartolus ferendus. Oblata dubia prudentiorum conſilio, additis Princeps legibus, ſtatim ſoluat.

Fruſtrâ hæc omnia, ni legum cuſtodiæ integrè ſtudeas. *Prima omnium lex, vt legibus pareas. Si prohibita impunè tranſcenderis, nequè metus vltrà; neque pudor eſt.* Vnius impunita legis violatio omnes violat. Non ergo auro, non ſtemmati ius cedat. Diuites, ni aliud doceat neceſsitas, aureo fune, nobiliores altiori furca ſuſpēdendi. Si illatam illi iniuriā non vlciſceris, propriâ fortè manu vlciſcetur, & in te ſæuiet. Philippum à Pauſania occiſum noſcis. Eos ergo magiſtratus eligas, qui nullo deuij affectu iuſtitiæ viā nec momēto deſerant. Cætera, ſi hæc deficiant, nulli habēda. Nec ad id Conſiliarios potes adiutores effugere: Dei enim potiùs quàm hominis eſt vnius, omnia, quæ ad iuſtum ſpectant

Impe-

Imperium, cognoſcere. In alijs inuenies, quæ te deficiunt, lectio, peregrinatio, experientia. Prudentiæ ergo, non Imperij ſocios, eos eligas, qui virtute, eruditione & rerum vſu clari noſcantur.

Obuia ſeſe obtulit diſtribuens iuſtitia: breuiter eius iter percurrendum. Qui ab eo, etiam à Principatu Princeps recedit. Certiſsimus Reipublicæ caſus, ſi nobilitatis inſignia, dignitates & opes obſcuris tribuantur. Obſcurus, qui ſine virtute, licèt auro aut ſanguine clarus. Pulcra & honore digna in Belga in Afro & in hoſte virtus. Eâ præditis (Perſarum & antiquæ Romæ exemplo) nemine excluſo, omnis pateat dignitas & magiſtratus. Eiuſdem eſſe iuris oportet, qui ſub eodem Rege victuri ſunt. Prudentiſsimè Alexander *Perſas & Macedones connubio iungi ſtatuit: hoc vno docuit modo, pudorem victis & ſuperbiam victoribus detrahi poſſe.* Huius etiã AEneas gnarus prudẽtiæ, qui eiſdẽ Troianos & Aborigenes & iure & nomine cõciliauit. *Quid aliud exitio Lacedæmonijs aut Athenienſibus fuit, quamquã armis pol-*

Diſtribuens iuſtitia.

Nobilis quis?

corrigẽda. Optima ergo in Republica nõ, vt fortunæ bona, maiorũ probitas vel culpa hæreditaria ſtatuatur, ni propriâ virtute aut culpâ iuuetur. Ni dolorẽ, riſum moueret eorũ fatuitas, qui nepotes proprijs orbos, auorũ oculis viſuros credũt. Fateor à colũbis aquilas nõ naſci, & ſterilitatẽ in iſtis, ſicut in agris, in illis autẽ familijs fertilitatẽ agnoſci; ſed ab optimis naſci peſsimos, & à peſsimis optimos quotidie experimur. Ideò veritate nunquã potior præſumptio, nec ſomniata culpa notâ erit virtute ſuperior. Fateor etiã magna ex nobilitate in plebẽ authoritas, cui ſãcta ſẽper comes obediẽtia. Ignotis retractãter obedimus; niſi virtute vel prudẽtiâ nobiles. Prudens Amaſij peluis ſit exẽplo. Sũma ideò præcipuè belli imperia filijs, aut Regũ fratribus mãdãda. Horũ, ſi adſit virtus, authoritas omni obtrectatione & inuidiâ ſuperior: aliàs, Rex à Rege etiã natus deſpicietur: omnis enim ab improbitate & inſcitiâ cõtẽpus; cõtrà à probitate & ſapiẽtiâ omnis æſtimatio: hiſce nãq; ornati plebei etiã homines cœleſtibus ſimiles efficiuntur.

pauperibus inediam & inuidiam, Reipublicæ & ſeditiones addis & delicta. Pauper ergo, præcipuè ſi nobilis, præcedat: nã deterior in nobili paupertas; cùm nec mendicitatem nec opificium agnoſcat. Nec obſtat, ſi venalem facilè fieri inopem obijcias: hoc enim à virtute, quâ ornatum eum fingimus, alienum. Si tetra hæc vitia in magiſtratu detegat, adſint priuatio ſtatim & vindicta. Nec iſta ſic nocentia vt diſcors poſſeſsionum inæqualitas.

Nulla ergo honorum ianua niſi virtus. Qui largitione, pretio, aut potentiorum prece magiſtratum ambierit, perpetuò ab eo excluſus tum mulctam tum infamiam incurrat. Nec obeſt, ſi opponas turbationem parari, ſi tantùm virtuti honores parentur: hoſtes enim & robore & numero ſuperiores excluſi: paucis namquè difficilis virtus, multis facilis contingit iniquitas: nam obiectum ſolues, ſi ſibi locũ vendicare inficias, vbi inſtitutio, vbi in honore eſt virtus. Etiam deuios doctrina dirigit, etiam ignauos præmiũ excitat. Vtilitatis & honoris cupidine cuncti trahun-

tur; quæ ſi optimis conferas, optimos cunctos ciues efficies. Sed hæc Platonis Reipublicæ ſomnia aliquibus viſa; nam vitia tollere, ni homines tollas, rudes hominum vires excedit. Ideò, ſapientium conſilio, in optimatum & in paucorũ potentia electioni populus aderat & conſultationi, ne omnino Reipublicæ expers ſeditionem moueret. Idem in vnius imperio Romulo gratum, &, ne populus honoribus patriæ fraudatus videretur, nevè odia tam in Regem, quàm in Senatores gereret, magiſtratus illis minores conceſſit. Itaquè vt ſummo Reipublicæ bono, paci, conſulas, etiam multitudini, etiã indignis nonnulla Imperij pars relinquenda; maximè quam ſua non poſsit aut inſcitia aut prauitas euertere: huiuſmodi eſt minorum magiſtratuum electio.

Sed populi & ſortis electio vtilis fortè in populari & in paucorum potentia, vbi non ex dignitate, ſed ex numero & ex cenſu fit electio; in vnius autem Imperio non tolerãda, tum quia Principatus vires reſoluit, tantumquè obſequia plebi

ſunt diſcenda, tum quia non ſatis tuta; populus enim facilè virtutis ſpecie decipitur. *Et ſæpè in parùm idoneos ſors deerrat.* Cùm ergo nec ſorti, nec plebi, nec Principi poſtulantium nota poſsit eſſe virtus, valdè integros honorum iudices eligi oportet; qui acutè digniores calleant, diligenter inquirant, & Principis electioni fideliter offerant. Omniquè arte curandũ, vt nullus ſine præmio dignus iaceat. Aequitas enim illa, quæ in populari ſtatu affectatur, non ſolùm iuſta, vtilis etiam eſt in ſimilibus: ſunt enim tanquã populus, qui inter ſe pares. Vt ergo in Republica populares omnes, ſic etiam omnes diuites, omnes optimi honore afficiendi, vbi opulentiæ ratio & virtutis habetur. Hac illud *Philoſophi conſiliũ mente accipias. Quare opus eſt partim Arithmetica æquitate vti, partim eà; quæ eſt ſecũdum dignitatẽ*: hoc eſt; quoſcumquè dignos habeas, honore afficias. Id fortè aſſequemur, ſi vnus non plures vnicum tantùm gerat magiſtratum; nec in eo, quidquid Socrates ſentiat, moram faciat; ſi, cæteris admiſsis, non ſemper

&

& ad omnia vnus mittatur. Iniquum, ſi pauci etiamſi optimi deglutiant, quod plures reficeret; cæterorum inde inuidia & ſeditio. Addas, nam qui in multis diſtractus, in omnibus deficit. Certiſsimum, plures faciliùs munia Reipublicæ exequuturos. *Diuturnitas etiam parit ſuperbiam*; & in tyrãnidem democratiam vertit. *Superbire homines expertum etiam annuà deſignatione: quid ſi diuturna, vel perpetua?* Sed licèt nota hæc mala, nemo tamen ibit inficias, maximam tum authoritatem, tum experientiam perpetuo magiſtratui contingere; quæ breui & annuo ſemper deficiunt. Officij vias & prudentias neſcit (licèt mente clariſsimus) qui in eo nouus, qui annuus bimusvè eligitur. Nequè ſi illi adſit (quod rarò eueniet) Imperij prudentia, eam integrè exercet. Timidè imperat, breue qui noſcit ſe habiturum Imperium, cras ſe prædam potentiorum, quos iure læſerit, futurũ cogitans; minuta vnde authoritas, debile obſequium, notaquè ex his mala naſcuntur. Aliquas ergo ſupremas perpetuòquè duraturas dignitates

admit-

admittas, quibus superior viribus splendor. Exemplo nostri adsint Consiliorum Præfecti, qui licèt multa & magna iure possint, negatur tamen eis vitæ, famæ, & quod minus est, carceris potestas. Diuturno ergo à magistratu vires auferas, nec, qui moribus audax, in eo constituas. Cautèquè curandum, ne dignorum alij nullo, alij perpetuo honore fungantur.

Sed frustrà rogo, vt dignum eligas, ni dignum noscas. Quæ in potestate requiritur virtus, non solùm animum, mentem etiam & corpus respicit. Corporis ornamenta aliũde accipias. Id tantùm moneo, ea vt sit illi ætas, quæ cupiditates adolescientiæ iam effugerit. Prudentia est senis; nam in multis expertus. Nemo etiã maiori ætate indignatur concedere.

Animo erit integer, si, quas Principi adscripsi, virtutes consequatur, si eâ sit vitâ, quâ nihil præteritum habeat excusandũ, si naturâ, doctrinâ, aut consuetudine iræ & concupiscentiæ motus valeat reprimere. Qui irâ etiam odio & furore trahitur; si potentia his adsit, quæ vulnera, quæ cæ-

des,

des, quæ ſtrages non aderunt? Manſuetudini ergo magiſtratus aſſueſcat, ne officij terrori (neſcio quid terroris incutiat ſuperioris authoritas) terrorem adijciat. Nihil immanius armatâ iniuſtitiâ.

Abſit etiam à poteſtate timor. Magnũ ipſius ornamentum animi fortitudo. Semper iniqua & decernes & facies, ſi potentiorum faciẽ, vel iura, vel cõſilia reddens, extimeſcas. Multi, fateor, laboris eſt, ſuadere Principi, quod oporteat; nam vitæ & famæ periculum facis: ſed eâ lege honores ſubis, vt onera ſubeas; aliàs non conſulis, aſſentaris. Vnde illud Tiberij in Curiæ Patres: *O homines ad ſeruitutem paratos: adulationi enim fœdum crimen ſeruitutis ineſt.*

Nec ſolùm timor, etiam tumor fugiendus: iniquè iura & conſilia reddet, qui omnes iniuriâ afficit; ſuperbus enim omnes contemnit, vnde odia, lites & iurgia. Commune hoc nobilitatis, opulentiæ ſcientiæquè malum vera expellet rerum cognitio. Nihil enim in rerum natura iactatione dignum, noſcit, qui prudens.

Non

Non generis opinio, cuilibet etiam vel claro, vel obſcuro tum Reges, tum opifices atavi extitere, & Reges in futurum opificesquè nepotes exiſtent. Non diuitiarum & poſſeſsionum vanitas, etiamſi terræ dominus ſuperbias, cùm totum eius ambitum, ſi vniuerſi molem reſpicias, diuiſionis expers punctum demonſtres. Non ſapientiæ præſumptio; nihil certum agnoſcitur, omnia regit inſcitia falſaquè de rebus opinio: hominum namquè diſputationi non ſcientiæ traditum orbem noſcis. Vnde ergo iactatio, ſuperbia & vanitas? Summa ex inſcitia. Procul ergo à magiſtratu ſuperbus: nam ſtultè inflatus imperia ignorat, quia neſcit obſequia; qui verò iſta & tulit, & didicit, Imperio eſt dignus.

Qui luxuriæ, etiam iniuriæ & ſtultitiæ ſeruit: eâ namquè obliqui etiam recti fiunt, & ſtulti prudentes. A demente quid niſi damna? Ab obliquo quid ſine iniuria? Cæterorum nullus ita rationis expers affectuũ. Irati furor ratiocinatur, licèt peſsimè: nemo autem, dũ eſt in iſto, quidquam

mente

mente potest perspicere. Maximè etiam difficilè soluitur: ad sui enim tutelam sagax excogitauit natura, hominumquè animis altissimè fixit, summū hoc voluptatis condimentum. Qui ergo tanto huic malo obsequiū denegat, obsequio est dignus.

Nec minùs grauia, quæ ex ambitione & vanitate mala nascuntur. Hoc illis notum vitium, munera candidatis differēdi, ne minor sit rogantium turba. Minus nāquè se iudicant posse, nisi diù, multumquè singulis, quod possint, ostēdant. Nihil cōfestim, nihil semel faciunt. Candidatis verò nihil æquè amarum, quàm diù pendere, ægrioriquè animo ferunt, quàm præcidi, spem suam trahi. Beneficij genus, quàm citò occidere.

Fulcra hæc omnia, si auaritiæ turpitudini conferas, qui se venalem magistratum reddit, simoniæ, furti, periurij, læsæ fit maiestatis reus. Armentur in hunc leges. Cambysis est vestigijs inhærendum. Sed cautiùs hanc pestem à concilio legūlator expellet, si sumptus coërceat; coërcentur, si luxus, si alimentorum pretia nō

inten-

intendantur, si optimos eligat (nullæ opes moribus non integris satis esse possunt) si cœlibes magni præcipuè fuerint magistratus; expertum, quoties repetundarum arguuntur, plura vxoribus obiectari. Quæ ipsi etiam non audent, vt filias clarissimis locēt? Vt filios perpetuis fideicommissis clarissimos faciant? Sacra etiam Imperij arcana hostibus prodent. Hæc, quæ Consiliarij animos inficiunt. Ad eiusdem ingenia deueniamus.

Eisdem naturâ, doctrinâ, & vsu clara sit oportet mens Consiliarij: ab illa ingenium, ab isto prudentiam, ab alia scientiam habeat & peritiā. Adsit ergo illi ingenium verax, cautum, sagax, vigil, promptum, sedatum, capax. Veraci erit ingenio, non quia dicat, sed quia vera capiat: huiusmodi erit, si fabulis, vt vulgus, nō capiatur; eas verò corde rideat, & frōte patiatur, quas rudiori seculo aut famæ tradidit aut Imperij ambitio, multa nocens vana sub nomine celebri vulgari, nullumq; tam impudens mendaciū, vt teste careat. Ad hæc paucis à Deo data mu-

nera perueniet, si non authoritati, sed rationi inseruiat, si hominũ disputationi nõ scientiæ traditum orbem nóscat, si eandẽ hominum naturam varijs calleat diuisam legibus ab ambitione fuisse & auaritia, vereque hominem ab homine nõ patriâ nõ parentibus, propriâ tantũ virtute & vitio discerni. Omnium rudissimi, mendaci ingenio, vt decipiantur nati, apti militiæ turbæ & opificij, qui Batauum aut Afrũ odio habent, ex eo tantùm quod Batauus aut Afer. Noxium valdè si Consiliarius; vtilissimum, si his erroribus turba capiatur. Arcendi tum libri, tũ sermones qui summa hæc arcana plebi produnt.

Cautio, & sagacitas Adsint veraci ingenio cautio & sagacitas, hoc est acuta ingenij habilitas ad prudentiã. Sagax, qui acutè percipit, & prudẽter iudicat, quæ sibi proponũtur cõsulenda. Cautus, qui tacet, qui dissimulat, qui naturâ diffisus & suspiciosus diffidẽtiã & suspicionẽ tegere, & noxiũ omni arte fugere noscit. Acutũ ergo sagacis cautiquè ingenium, sed id ad prudentiam: qui enim sine quiete & prudentia acuti poësi, so-

phiſticæ, conſilio nunquam apti. Nimia hæc ſubtilitas inimica prudentiæ.

Vigilātiæ fructus accedat, ne quid inopinatum ſubitumquè Republicā opprimat. Vigilē publicæquè rei vtilē neſces, qui propriæ aut priuatæ oculatus incumbit. Sed hæc, ni aliæ adſint, non ſemper fida aut certa demonſtratio. Quidam enim (polypo ſimiles) ad ſolùm quæſtum ſuum ſapiunt, alibi pecudes meræ. Timeri etiam poteſt, ne publico dormiat, qui proprio nimis ærario vigilat. *Vigilātia*

Fœlix etiam ingenij virtus promptitudo, eâ inopinatis nō turbamur, &, vt præuiſa, ſubita expedimus. Turbata mens vel nihil, vel errores decernit. Turbatur ſubitò quolibet caſu, qui nimia & acri laborat bili. Turbatur etiā, qui ingenio tardus, cū feſtinat in ſubitis, anxius, quòd ſe nō poſſit illicò expedire. Qui nimis acutus multiplici, vario & ſæpè hoc illi aduerſante conceptu æquè diſtractus in continuo eſt motu & turbatione. Sed nihil datum fruſtrâ à natura: hæc enim ingenia, ſi nō gerēdis, nouandis rebus experimur aptiſsima, *Promptitudo.*

& sæpè vtilia, vanissimis mixta, nouè & acutè inueniunt. Adsit ergo alijs, quæ istis deficit, prudentia & electio.

A promptitudine fortè nata sedatio: prompto enim relatæ motus causæ deficiunt. Sedatus, cuius in mente & vultu pondus & grauitas. Vera hæc Regij ingenij virtus. Qui enim sine lite vel naturâ, vel fortunâ superior agnoscitur, cùm nemini inuideat, & gaudet, & quiescit. Seditio sæpè ab inuidia; inuidia tantùm inferiores agũtur. Sedatæ ergo sit mentis Cõsiliarius; fugiẽdus, qui inordinato manus, vocis, aut oculi motu genij sui leuitatem ostendit. Qui ingenij sui ostẽtator & aliorum contemptor nõ proficiendi, contradicendi studio sententiam profert. Indignus consuli vir sic litigiosus: omnium enim in se odia vocans, & sua & aliorum destruit consilia. Concordia summè decet Consiliarios; ideòquè discordiarum authores in consilio fugiendi.

Vltimũ bonæ mentis ornamentũ capacitas. Capax si rerum aut multitudine, aut põdere nõ obruatu. Plures quos familia-

ris cōmendauit,publica dehonestauit prudētia:plures,quos parui magnos, paruos magni honores docuere. In dubio autē ad maiora is vocabitur, de quo in minimis periculum feceris; licèt *Multos in prouincijs,contra quam,spes aut metus de illis fuerit,egisse experiamur: excitari quosdam magnitudine rerum,hebescere alios.*

Sed quia mens à natura tot ornata luminibus vel rarò,vel nunquā, quæ in vno difficilè,facilè in multis congeres. Pluribus ergo,vt in vno inuenias, quod in alio desideras, præcipua arcana Imperij committantur.

His naturæ donis artis & Academiæ dotes adijcias, sed non eædem omnibus, sua cuilibet propria Potestati; dummodo omnes,quas in Academia artes discendas constitui,saltim degustarint.

Qui detectis Imperij arcanis totiusq; Reipublicæ salute,religione,latione legū, pace aut bello ineundo agunt,morum doctrinæ vigilanter studeant Reipublicæ species: *Omnesquè nationes & vrbes ab vno regi, à cunctis, vel à paucis. Delectamquè* — *Sūmi Cōsiliarij.*

ex his, & conſtitutam Reipublicæ formam laudari faciliùs, quàm euenire: ſi eueniat, haud diuturnā eſſe poſſe, firmiter noſcant. Quæ omnibus, quæ ſingulis vtilia Rebuſpublicis, quæquè illis noxia in prōptu habeat. Multiplex Prouinciarum & morum noticia multiplici peregrinatione quæſita accedat. Subditorum ingenia vicinorumquè iura, vtilitates, fœdera, præſidia & infirmitates acutè calleat, & præuideat. Prudentiorum conuictus, politicorum & hiſtoriarum lectio & relectio. Nihil omittat; omnia euoluat; Tacitus verò à manu nunquam excidat. Aulæ hic dolos ſubtiliter callet, mirabiliter explicat. Sed eius arduum ingenij acumen pauci frequentant, paucisſimi aſſequūtur. Hæc ergo ſummus habeat Conſiliarius, à quo mens Principis, ſubditorum fœlicitas, cūctorum leges pendent magiſtratuum, vel honeſtum, vel vtile, vel iucundum reſpiciant. De omnibus breuis nobis ratio habenda; ne lateat, quæ ſingulis patere debet ars & doctrina.

Claros prudētia iuris eſſe oportet; qui

honeſti cauſa inuenti magiſtratus, vel crimina puniant, vel pacta tueantur, vel præmia diſtribuant. Nec fruſtrà in eo, qui præmia diſtribuit, iuris ſcientiam requiro. Eum enim candidatorũ & Poteſtatum omniũ, vel cõtrahant, vel delinquant, vel officij rationem reddant, iudicem ſtatuo. Hac enim arte notum ei erit, quis dignus, quis indignus, ingenia & mores omnium pertractâti. Sit ergo meritorum teſtis, qui iudex; ſit præmium vbi pœna magiſtratuũ. Huius turbatio ordinis mentes honores dantiũ & accipientiũ mores perturbat. Illi enim alienâ & ſæpè falſâ moti fide indigniſsimis præmia impertiuntur; iſtis verò nulla eſt curæ virtus, gnaris turpitudinis illos ſuæ ignaros.

Qui præſidet honeſto magiſtratui.

Sed quia nec publica eſſe poteſt, nec priuata fœlicitas, ni etiam fortunæ bonis virtus iuuetur, tribus illis, ad honeſtũ expreſsis, duo ad vtilitatem adijcias cõſilia. Hoc publicas Regiasvè opes, commeatũ & annonã illud tuetur. Illi integrè ſciant, & in promptu habeant, quot claſſes, Regna, Prouinciæ, tributa, aut vectigalia, &

Qui opibus publicis.

necessitates aut largitiones. Discāt, vt minimo fiat sumptu, nullâ fraude, nullâ aut minimâ subditorum molestiâ pecuniarū collectio: vtquè omniū breuis possit reddi ratio, fida, clara, expedita. Isti verò diligenter inquirāt, quorum sit fructuum ferax vnaquæquè Prouincia, vtquè breuis & breui numo eorū fiat exportatio & inuectio: quo sterilis cultu fertilis terra reddatur: quibus ex causis alimentorum pretia aut remissa fieri aut intensa contingat. Ita se tandem gerant, vt nec momento plebi, etiam mediocri pretio, annona deficiat. Quot furta, quot lacrymas, quot seditiones parat horum incuria?

Qui annona.

Sequitur tertium, quo Reipublicæ fœlicitas clauditur, bonorum genus, pax & iucunditas, à duobus illis ortum iustitiâ & rerum copiâ, vtili scilicet & honesto. Duplex ad id etiam magistratuum conditio. Læta illi otia, isti secura faciunt. Isti rei militari, publicis illi spectaculis seruiūt. Nec mirum, si pacem bello misceam; contraria enim eidem potentiæ obijciuntur: & vltimum hoc malum ad vltimū illud bonum

Qui iucūdo.

Qui publicis spectaculis.

num inuentum. Tutiſsimum otium, quod negotium parauit: tutiſsima pax, quæ milite cincta. Optimè ille: qui pacem deſiderat, præparet bellum, & in pace de bello cogitare non deſiſtat. Licèt ordine vltimum, primum hoc dignitate Concilium: cætera enim omnia tuetur. Qui ergo publicis occupatur lætitijs, ea noſcat, quæ hiſtoria, ſeu fabula ſpectacula dedit, quos inuenit ludos: eaquè eligat, quæ ad ſumptus moderatè, ad mores honeſtè, ad bellum vtiliter, ad ſenſum verò ſplendidè ſe habeant & iucūdè. Nec leuia & vana hæc iudices. Magni enim negotij eſſe in otio ſpectacula, noſcit, qui prudens. Is verò magiſtratus, cui eſt militiæ cura, ſit militari diſciplinâ notus, omnium militiam gentium & virtutes noſcat, Prouinciarum vtilitates & ſitus, ſtrenuos arte milites, & inſtrumenta belli, antequam bellū ingruat, diſcat facere; & cum ingruerit, expedire, & exequi. *Qui militia.*

Habes ingenia & mores Poteſtatum, quæq; ſingulos detinet doctrina: quæ omnia ſine vſu mutilata, inutilia. Abſit ergo

inor-

inordinata promotio, gradatim ad honores sit ascensus. In minimis periculum tyronum facias, seu Crassi, seu Crœsi filij. Quā quisquè officij viā fuerit ingressus, prosequatur: nūquā proficiet, qui in nullâ, plures tētans, pedes firmat. Eos tādem ad arcana Imperij cōsilia eligas, quos varia docuit cura, quos multiplex probauit experiētia, tum aliorum obsequia, tū magnas belli aut pacis potestates, vel legationum munera, vel Regum vices sæpiùs exercentes. Hæc ita dūmodo aliqua affectionis ratio eos non excludat. Qui agros habet hosti vicinos arceatur à cōsilio belli in huiusmodi hostem suscipiendi. Nec eos admittas, qui præsentem ciuitatis statum odio habent; nunquam enim in magnis præficiendi, qui mutationis cupidine, proprijs etiam periculis lætabuntur. Ideò in paucorum potentia non pauperes, in optimatum & nobilium Imperio non praui & obscuri, in anarchia non auro & sanguine illustres admittendi. Rarò fidus, qui exclusus: Africo ideò, aut Hebræo sanguine infectos procul à Rei-

publi-

publicæ arcanis Princeps noster repellat; minores magistratus, Philosophi authoritate, permittat; ne omnino exclusi seditiones moliantur. Nec obijcias, Turcarum Principem multos à nobis trāsfugas, fœlici etiam consilio, in summis præponere: nulla enim illis ex transfugio infamia; imò, honore habiti, fidi gaudent, & quiescunt. Contrà, qui ad nos ex illis pauci veniunt, nunquam auorum notam effugiūt: & ab honore exclusi, non mireris, si suspecti & infidi.

Constet ergo virtute, eruditione & prudentiâ magistratus & Consiliarius omnis. Si istarū vlla desit, nec adsit vllus, in quo omnes adsint, vbi peritiæ ratio potior habetur, peritus præferendus, dummodò pecuniæ non inseruiat. Auari enim venū humana, diuina, & Rēpublicā dabūt, si emptores inueniant. Qui ergo de Imperij arcanis, re militari, publicis opibus, vel de cōmeatu & annona Concilijs præsunt, si periti, omnino præferendi; eos verò, qui religioni, iustitiæ, publicisvè incūbunt spectaculis, virtute præcipuè ornatos eligas.

Fru-

Fruſtra hæ in candidatis virtutes, ſi nō candidatis diſtribuētium improbitate, aut inſcitiâ præmia impertiuntur. Inſcius, qui illorum merita neſciens, iniurius dignitates diſpenſat; improbus, qui ſciens. Inſcitia vel à mentis, vel à curæ venit defectu: à mente, ſi neſciat, quibus ornari debeat Cōſiliarius: à cura, ſi ingenia & mores poſtulantium non inquirat. Noſcet ergo digniores, tum ſi habeat, quam omni in poteſtate prudentiam requiro; tum ſi eorū mentem & vitam tractet & pertractet. Habes ingenij excelſi & clari ſigna. Noſcere mores difficilius; magnas enim virtutes ſimulat, magna diſsimulat vitia ambitio. Sed citò in naturam ſuam ficta recidunt, & facilè quæ ſubdola in aſſequendo fronte tegebas, iam aſſequuto honore detegis. Exemplo ſit, & fidem faciat Caius; de quo illud, *Nequè meliorem vnquam ſeruum, nequè deteriorem dominum fuiſſe*. Magiſtratus enim (vulgari & veteri Philoſophi prouerbio) virum oſtendit. Attentè ergo reſpicias & cautè poſtulantium ſcruteris affectus. Quem ſenſeris idoneum, in

leuibus

leuibus experiaris: si habitam de se fidem factis probet, ad maiora promotus nunquā sistat; sistat, si reprobet. Literis ergo, ne obliuioni, tradas, quam de magistratu rationem quisquè reddiderit, seu optimā, seu pessimam, seu dubiam. Omniquè in promotione, vt tibi consulas, harum libros rationum consulas. Cautè verò, non temerè probitatis, aut improbitatis notas depingas: aliàs & dolos & calumnias auges.

Nihil ergo ex rumore statuendum: sæpè enim ab ira, odio, aut inuidiâ nascitur. Mentitur etiam, quæ in officij depositione fit, inquisitio. Improbi enim auri particulâ in magistratu rapti dispensâ testes elingues, edentatos canes, illiteratos calamos efficiunt: probi verò (fit fato quodam, vt semper bono circunstent mala) multiplici potentiorum, quorum superbiam tentarunt opprimere, calumniâ obruuntur. Breuissimo namq; etiam in vico Regulos quosdam paruulosvè tyrannos inuenies, qui imperio assueti, & pauperum sanguine & Reipublicæ pingues, se

iniurias passos credunt, si eos Præses iniurios non patiatur. Vnde in eũ, dum præsidet, verba, rumores, minas; dum officij rationi subest, fraudes iaciunt, nocumēta, iniurias. Fateor sæpissimè iurgia hæc nasci, quia minùs prudens; & licèt iusta iniustè tamen facit magistratus; stultissimis irà, odio, aut vindictâ ductus, aut plebis furore suos etiam errores eo tantùm, quia in potentiores, laudantis.

Acutis ergo oculis rationum iudex capiat, quæ iure, quæ iniuriâ obijciũtur: nouisquè artibus, quis probus, quis improbus, inquirat. Optimumque signet, & cõtinuo dignitatum iuuet ascensu, quem communis nobilitatis plebisquè laus extollit: & vel officij, vel rationis tempore nulla subditorum dehonestauit querela: nulla etiam, quæ notoriè falsa, calumniosa, iniusta: hic enim probus, cautus, prudens, nulliquè pauperum, aut diuitum factioni adstrictus præsumitur.

Qui verò totius ferè Reipublicæ odia in se mouet, vel quia pessimus, vel quia stultus, vel quia infortunatus, improbâ &

ſecretâ excluſionis notâ deſcribēdus: pro grediendi enim ſpes magna tantum ex cauſa, raro & ad exemplum ſentētiæ prolatione præcidenda. Audax & nocens nimis, ſi in multos & præcipuè animo elatos cadat deſperatio.

Nec probum, nec improbum, ſuſpectū tamen habeo, quem improbat populus, probat verò nobilitas: fortè enim, potentiorum auram ſequutus, in pauperes coniurauit & Rempublicam.

Virtuti propior (non verò prudentiæ, ſi cenſeret calliditas) qui ingratus diuitibus, multitudini verò viſus eſt gratus: huius enim integritatem nullo fractam munere conijcio. Summum hoc magiſtratus ornamentum. Qui ergo inops à Prouincia redit, probitatis (ni aliud impediat) ſignum, nouas etiam dignitates obtineat; tum quia probus, cùm non auarus; tum vt viuat, quia pauper; &, quoad fieri poſſit, vitāda paupertas. Quem verò fecit dignitas numatū, ſiſtat, & quieſcat; tū quia vitæ habet iam ſubſidia, tum quia fortè non rector, expilator. Sed, proh dolor!

ſiſto,

ſiſto, ne ridear. Huic enim, nōdum primis depoſitis, nouæ Prouinciæ, noua ſimul parantur latrocinia. Ea enim negotiatione nouâ, frequenti blanditiâ, aſsiduo munere ſolicitat, captat, mercatur: iſtæ enim ſeruitutes obliquos mente & animo comitantur, vt plurimum: neſcit eas, qui rectus; nec ſua impunita manet inſcitia: deſpectus enim perit, obſcurus, inops. Quæ omnia dignorum indignationem accendunt, cœleſtiumquè, ſi cœlo poſſet indignatio contingere.

Ipſius orationis ratio, licèt deuia fortaſſe viſa, ad viam nos detulit. Hæc enim mala à ſecundo illo malo, quo honorum iudices denigrantur, naſcuntur. Improbus enim, qui pretio, amore, prece, aliovè affectu motus rogantium merita iniquè penſat & librat. Huiuſmodi morbi ferè deſperata curatio: nemo enim ſibi vtile, amicitiæ & ſanguinis iura, aut potentiorum preces contemnit; ni Socratis cōſilio, vt omnia hæc tollas, omnia communia facias: ſed nobis exequi digna, non ſomnia referenda.

Curan-

Curanda ergo, quoad fieri posſit, magiſtratuum integritas. Nec id ſat erit, ſi lapſus parat illis egeſtas. Diues ergo eligendus; diues, qui non auarus, qui ſobrius, qui cœlebs. Procul ab iſta cura remouendus, tum qui pecuniæ, tum qui ſuæ, vxoris, filiorum vanitati dat operam & luxuriæ: nunquam ab iſtis, licèt benè numatis, egeſtas recedit. Fortè etiam proderit, ſi plures iſti fuerint magiſtratus. Multitudo enim minùs ſubiacet corruptioni, veluti aquæ magna congeries. Sed multa etiam mala ex multitudine: multiplex enim cãdidatorum labor, multiplex etiam diſpenſatorum affectio; faciliusquè paucorum cupido, quàm multorum explebitur.

Sed inutilem à tui & numi amore fugã facis, ni à cõſanguinei etiam, amici, & ſerui amore fugam facias. Dura lex, ſi eos deſeras; iniqua, ſi iuſtitiæ iniuriâ, ſumptuquè eos alas. Etiam optimus laqueum hunc incurrit; amans enim, amore cæcus, puſilla amati merita magna habet. Eos ergo vel non eligas, vel electos conſanguinitatis, amicitiæ, famulatusvè nota ad

Principem deferas; vt eorum merita oculatiùs inquirat.

Frustrâ hæc vincis mala, si, omnium pessimo, potētiorum rogatione deuinceris: omnium pessimo; generosus enim, qui nunquā pretio, prece tamē vincitur. Huic cedit etiam culpæ, qui animo, & qui mente pusillus: illum cordis, hunc frontis debilitas liberalem facit. Nec miror de illo, vrbanè vim facit potentior, cum rogat. Altius hoc malum, si honorum iudex rogantium gratiam aucupari desiderat. Si Seianus rogat, omnia etiam dignissimis præmia subripiet, impertieturq; indignis: indignus enim, cùm propria non habeat, aliena captat merita, preces emit.

His subsidio erit malis legumlator, si mulctâ eos, infamiâ, perpetuâquè exclusione puniat, qui postulant, qui dant, qui preces audiunt. Nec somnia hæc iudices, ea manu tanges, si à prudentissimis Ignatij institutione socijs nōnulla discas. Nec ita me fatuum credas, vt Rempublicam monachorum domū statuā: id nec assequi potest, nec oportet: multa enim

nobis noxia, quæ illis vtilia. Nemo tamen ibit inficias, plura ab illis publico etiã regimini congrua excogitata. Diminuta, si illi conferas, Platonis societas: nullæ ibi preces, nulla negotiatio, nulla ambitio, nulla indignorũ electio. Qui simplici etiã verbo ibi honorem quæsierit, nõ honorẽ, notam inueniet. Hanc sequutus prudentiam legumlator, eum regredi statuat, qui alienâ ope progredi tentat: & pœnam experiatur, qui preces dat, qui audit.

Alius etiam animi morbus solet dispẽsatores inficere, relatis deterior: tum quia nulli pharmaco cedit, tũ quia dignos excludit, eò tantùm quia digni. Inuidus enim & ambitiosus magistratus eos fugit socios habere, quos mente & virtute superiores agnoscit: tũ ne suas noscant inscitias, tum ne eos breui præcedãt. Nouũ inuidiæ & ambitionis genus.

Certa huius & præcedentiũ labium medicina vigilantia regnãtis & solertia. Pastoris somnus lupos excitat, & regnantis ignauia aulicorum auget ambitionem & auaritiam: totius vnde iustitiæ nũdinatio.

Cauebit ergo Princeps à priuato seruo: is enim quibus te pronum malis explorarit cautè inuoluet, tui lethalemquè Imperij obliuionem infundet, longèquè à Curiæ curis auertet. Quos tibi fidos metuet, vel occultè tollet, vel falsò criminabitur, vel honorum specie exules faciet. Suæquè fraudis socios Cõsiliarios tibi, familiares, & cubicularios constituet: & ne tuas vnquam aures tangat veritas: *Te obscurum aduersus alios, sibi vni incautum efficit & intectum.* Capitis erò reus, si absquè eius venia tecum loquar, te aspiciam: *Nullus ad te nisi per eum aditus.* Nec *eius voluntas, nisi scelere quæritur.* Ipsius *etiam tuo durior congressus.* Libertis ideò *& ianitoribus eius notescere, pro magnifico habetur.* Vt *quisquè illi intimus, ita ad tui amicitiã validus: contrà, quibus infensus, metu ac sordibus conflictantur.* Stultissimus, aliàs sagax, in hoc Tiberius. Nero autem, licèt tot stupris obscurus & cladibus, hac solâ virtute clarissimus: *Nõ erat illi infra seruos ingenium.* Nec tibi Princeps erit, si Philosophi verba & mentem accipias: *Ne-*

minem vnum præ cæteris magnum facias, ſed plures: nam ſe adinuicē cuſtodiēt. Quòd ſi quem extollere oporteat, non tamen eum, qui ſit moribus audax; ſed cuius inuidiam ſuperet virtus. Tutius ſi neminem, etiamſi optimus; nam etiam in optimū cadit inuidia, odium & ſeditio.

Priuatus ergo ſeruus nec breuiſsimam Imperij partem attingat; nec ei facilem fidem habeas. Noxia nimis Regi credulitas: nam circūſtantium auaritiæ obnoxia. Sua cuiquè in corde eſt vtilitas. *Et nihil à quopiā ſcias expeti, niſi cuius fructus antè præuiderit.*

Omni ergo arte conſulentium genia & poſtulātium merita callere diſcat: Cōciliorumquè ſedes ſitu ſua in aula locet, vt eis vel palàm, vel ſecretò frequens poſsit eſſe: ſequè omnium teſtem vel habeant, vel habere credant Conſiliarij. Non tantùm aulicis, omnibus aures præbeat: quæ in ſe & in magiſtratus, non ſemper contemnenda, vulgus profert iudicia, noſcere ſtudeat: & inueniet ſæpè veriſsima. Verax in his & ſimplex multitudo: nūquam

Cauebit ergo Princeps à priuato seruo: is enim quibus te pronum malis explorarit cautè inuoluet, tui lethalemquè Imperij obliuionem infundet, longèquè à Curiæ curis auertet. Quos tibi fidos metuet, vel occultè tollet, vel falsò criminabitur, vel honorum specie exules faciet. Suæquè fraudis socios Cōsiliarios tibi, familiares, & cubicularios constituet: & ne tuas vnquam aures tangat veritas: *Te obscurum aduersus alios, sibi vni incautum efficit & intectum.* Capitis erò reus, si absquè eius venia tecum loquar, te aspiciam: *Nullus ad te nisi per eum aditus.* Nec *eius voluntas, nisi scelere quæritur.* Ipsius *etiam tuo durior congressus.* Libertis ideò *& ianitoribus eius notescere, pro magnifico habetur.* Vt *quisquè illi intimus, ita ad tui amicitiā validus: contrà, quibus infensus, metu ac sordibus conflictantur.* Stultissimus, aliàs sagax, in hoc Tiberius. Nero autem, licèt tot stupris obscurus & cladibus, hac solâ virtute clarissimus: *Nō erat illi infra seruos ingenium.* Nec tibi Princeps erit, si Philosophi verba & mentem accipias: *Ne-*

minem vnum præ cæteris magnum facias, sed plures: nam se adinuicē custodiēt. Quòd si quem extollere oporteat, non tamen eum, qui sit moribus audax; sed cuius inuidiam superet virtus. Tutius si neminem, etiamsi optimus; nam etiam in optimū cadit inuidia, odium & seditio.

Priuatus ergo seruus nec breuissimam Imperij partem attingat; nec ei facilem fidem habeas. Noxia nimis Regi credulitas: nam circūstantium auaritiæ obnoxia. Sua cuiquè in corde est vtilitas. *Et nihil à quopiā scias expeti, nisi cuius fructus antè præuiderit.*

Omni ergo arte consulentium genia & postulātium merita callere discat: Cōsiliorumquè sedes sic sua in aula locet, vt eis vel palàm, vel secretò frequens possit esse: sequè omnium testem vel habeant, vel habere credant Consiliarij. Non tantùm aulicis, omnibus aures præbeat: quæ in se & in magistratus, non semper contemnenda, vulgus profert iudicia, noscere studeat, & inueniet sæpè verissima. Verax in his & simplex multitudo: nūquam

ci nota aulicorum ornamenta, versutia & assentatio. Nec labor Principē deterreat: nulla enim ab assuetis passio. Propriâ ergo non alienâ, vt supplicia, manu præmia distribuat: te gratiarum authorē nō Seianum subditi noscant, tibi non illi gratias referant. Si Regni amara fugis, fortasse fugient dulcia.

PERORATIO.

SVMMVM Imperij fundamentum ciuium probitas: hanc & puerorum institutio, & eorum, quæ vitia alunt, donat euersio: Otium ergo, nimiæ diuitiæ, egestas nimia, perpetua iuris nota, iurisquè impunita transgressio fugienda: & maximê fugienda iniusta dignitatum dispensatio: iniusta, si virtuti aurum, aut imagines præferas. Vtilitatis & honoris cupidine cuncti trahuntur, quæ si optimis conferas, optimos cunctos ciues efficies. Hæc præsens; nec leuiora, nec ab his aliena proximè futurus de rerum copia liber aperiet. Ciuitatem enim omni

vtili

vtili affluentem reddit, ciuemquè in virtute firmat: eum namquè honestè alit. Infirma est famæ cura, vbi cura est famis.

FINIS LIBRI SECVNDI de Rege, & regendi ratione.



DE REGENDI RATIONE, SIVE DE RERVM COPIA

LIBER TERTIVS.

INFIRMA In egestate virtus ciuiumquè vnitas, & hostium manus firmior & audacior. Discordem, imbellem, internis externisquè morbis, facilequè deditioni obnoxiam, inopē ciuitatem cognoscis. Inops, si ciuium numero, si eorum victu, si pecunia deficiat.

Ciuium imprimis copiæ consulendum prudens docuit antiquitas, tot in cœlibes pœnas statuens, tot ad matrimonia priuilegijs, tot ad sobolem immunitatibus ci- *Ciuiũ copia eorum procreatio.*

ties alliciens. Adeò in corde Lycurgo fœcunditas, vt eam vxore etiam ab aliena & poſcere ciuis poſſet, & accipere; numero potiùs quàm ciuiũ virtute & ſeruari imperium, & augeri cenſens. *In multitudine populi dignitas Regis, in paucitate plebis ignominia Principis.* Notum hoc Hebræis arcanum, non ignotum Romanis, Sarracenis & Turcis notiſsimum. Licet his, quas poſſunt alere, vxores ducere. Tot nuptijs fœcundos, nullo clauſtro, ſacerdotio, aut cœlibatu ſteriles orbem inundaturos doleo; non inundaſſe miror. Romam olim ſubegit, Europam ſubiugauit, Aſiam afflixit, Africam tetigit Aquilonis fœcunditas. Multitudini ergo ſi nõ antiquis, aut externis (execranda enim nobis, quæ illis ſacra) nouis eſt artibus ſtudendum. Non auget quod deſtruit. Si vllius cor ſentientis adeò virtute, aut quantitate vigeat, vt hepatis labore cuncto egeat, breui ſuo interitu cætera membra exãguia relinquet. Ab ipſo vitæ fonte mortem illi ortam experiemur. Populi labor alit ſacerdotium: deficiet vtrumquè, ſi incrementum iſti

nagno illius adsit decremento. Sanctè il-
: *Nec populus sine sacerdotibus, nec sacer-
otes sine populo esse possunt*. Tot ideò ma-
rimonij fauore canones olim ab Eccle-
a decreti, pluresquè hodie & Regū pre-
ibus, & ipsius Ecclesiæ vtilitate (quoad
eligio patiatur) decernendi. Totquè clau
tris, tot sine claustro sacerdotijs, tot sine
acerdotio cœlibatui studentibus limites,
uibus sese contineant, assignandi; vnde-
què ista oriantur, vt vites, inquirendum.
Claustri ad obsequia sacerdotijquè ad
dignitatem eos tantum, quos virtus, pru-
dētia, meritaquè literarum insignia com-
mēdarint, admittas. Totquè sacella, aras,
monumenta (quæ impiorum voce, pyra-
midum vice potiùs vanitati, quā religio-
ni dicantur) vltra quam expedit, prudens
vt noster cōsuluit Senatus, nunquam eri-
gas; erectisquè certum monachorū cle-
ricorumquè numerū, Iustiniani vestigijs
inhærens, summumquè Romæ Antistitē
consulens, statuas.

Eorum, nulla qui regula, sacerdotijvè cura astricti, cœlibem sue (vt nōnulli lu- Cœlibes

sunt) cœlitem vitam agũt, alijs poteſtas, alijs voluntas matrimonij deficit. Impotens vel naturâ, vel fortunâ. Non ei potens naturâ, qui infirmus. Infirmitas vel ipſo in ventre, vel poſteà contingit; nec vitari illa, corrigivè poteſt; hæc & corrigi, & vitari. Correctio à medicis, vitatio à Germanis & Africis, qui ab ortu infantium membra certo quodam ligamine muniunt, & firmant. Fortuna impotens; nullo qui cenſu, vllavè excluſione laborat: nemo namquè his ſe locare matrimonio audet. Ignauia ergo ciuium, cũ egeſtatem operetur manus remiſſa, vitanda; nocensquè eorum diuiſio, cum, ſummum ciuitatis bonum, matrimonia euertat, fugienda.

Quibus vxoris voluntas deficit, magno ſi honeſtè agant pretio habẽdi; ſi verò inhoneſtè, antiquorũ infamias penasquè ſentiant. Cautius, ſi, vnde iſta matrimonij nauſea naſcatur, vt vites, inquiras. Nimio fortaſſe iſte mundi mulieoris luxu, ſexus fortaſſe ille leuitate, & potentiorũ iniuria deterritus, vxoris gaudia,

quæ naturâ appetit, ratione hortet. Hos ergo vt luxus omnes teneas, honesto vtilique labore ciues detineas, negotiumque auferat, quæ mala otium affert.

Ciuiũ educatio. Habes vnde munita matrimonia, quâque arte soboles augenda; sed procreatio frustra, si educatio deficiat: potiùs huius quàm illius fauore cunctis sunt probata à politicis matrimonia, eorumque à nonnullis concubinatus: vt patres (quoad naturæ certitudo patitur) à se filios ortos credentes, eos & diligerent, & alerent. Huiusmodi aliàs oneri matres inualidæ vel infractæ caderent, vel scelestæ natos exponerent. Pleniùs his nouæ, quàm antiquæ Romæ iura succurrunt, quolibet nāquè ex concubitu ortum & noscere patrem filium cogunt, & accipere. Parentibus orbus vel eorum inopia, aut scelere infans expositus non deserendus, publicus eum vber suscipiat. Nil se vltra offert, ni, vt aliquibus placet, quem ventre parens tulit, vbere etiam ferre cogatur. Nutricis namquè ignauia aut impietate plures cadere infantes experimur. Sed hæc Mori

insula, nostræ verò ciuitatis vanitas nec patietur, nec audiet.

Ciuium salus.

Quos educasti ciues in salute retineas. Aëris & aquæ puritas (eorum enim vsus, quia frequentior, ad salutem maximè spectat) in ciuitatis ortu inquirenda, & quæ natura ægra, arte sanãda. Nulla enim adeò insalubris, aut sterilis Regio, quæ hominũ curâ & salutem & fertilitatem nõ sentiat. Nec eorum, quæ victui deseruiunt, ratio negligenda. Non tantùm animi, corporis etiam temperaturæ studiosus plurium negauit esum Pythagoras. Eadẽ Tacitus religionis ignarus de Moyse refert. His & cætera medicinæ & nonnulla siderum & metallorum accedant arcana: plura enim Alchimia, plura saluti donat Astrologia; licèt, iure irridenda medicorum turba nõ iure irrideat. Mos illi (liceat digna repetere) reprobare vtilia, quæ ignorat.

Cunctorum ergo ciuium, inopũ verò ægrè se habentiũ pleniori manu saluti incumbendum: horum enim plures vel defectu vel incuria hospitij deficiũt. Vix enim morbus, cum eos etiam hospitium dese-

rit: breuiterquè vel recidiua, vel grauiori febre opprimuntur: aut infirmitatis speciè, quasi nō satis ex morbo validi, mendicantium vias semel ingressi, posteà etiam firmi facti, nunquam demittunt. Non sic deterius, si medici inscitia, si hospitij inertia, si ægritudinis malo cecidissent. Pulcrius ergo, si huiusmodi infirmis, quæ aliàs vanitati monumēta nascūtur, donec firmius agant, nascantur hospitia.

Quibus salutē donas, vel tuus, vel legum, vel magistratuum rigor vitā non auferat. Ciues enim subsidia belli & pacis esse noscis ornamenta. Tequè eo potissimùm natura ferat, vt author sis eorum vitæ, honoris, libertatis. Huius prudentiæ gnarus legumlator sale, non sanguine leges scribat: nullamquè ciuibus delinquēdi, breuissimamquè sæuiendi ansam magistratibus relinquat. Quæ seueriora iura tēperanda æquitate noscat ea dicens: ciuēque, ni seueritatem poscat atrocitas, vel à cruce, vel quod pulcrius est, à crimine auertat. *Nec religioni habendum est contrariū, nocentem aliquādo, & nefariū, impium-* *Ciuium vita.*

jaè hominem defendere. Vult hoc multitudo, patitur consuetudo, fert etiam humanitas. Sed proh dolor! magistratuum nonnulli, ni sanguine madeant, se magistratu abuti credũt, nihilquè eis sine crimine gratum, sine cruore pulcrũ, furcisquè ad honores gradus struunt. Nulla eos virtus, sæuus tantùm rigor potentiorum inscitiæ commendat. *Duri hominis, vel potiùs vix hominis videtur* (vt firmat Orator) *periculũ capitis multis inferre.*

Ciuium opes. Frustra procreas, frustra educas, frustra in salute, frustra ciues in vita seruas, si eos à ciuitate vel exclusio pellat, vel inopia excludat. Summa hæc mala ignoti vt patiantur, à vico in vrbem plures transmigrãt; plures vt fugiant, inimica ad iura, vel quod deterius est, numina etiam ad aliena transfugiunt. Opem feres, si noscas, beneficia compedes hominũ. Si inopes copiâ, si admissione exclusos regredi statuas. De exclusione futurus de pace sermo, de opibus qui imminet iam præsens.

[V]era opes Fortunæ bonis opes adscribũtur. Opes habeas, quibus nobis est opus vel ad vitã

iuuan-

iuuandam, vel tuendam. His affluens, licet auro argentovè inops, Regio ditiſsima, inops his egens, licet auro argentovè affluens. Aurum enim (eadem negantur argento) non famem, non hiemem, non hoſtē pellit. Et, quidquid medicorũ, chymiſtarumvè firmet credulitas, morbum non abigit. Nec intereſt, quod politicorũ inuentu rerum omnium pretium exiſtat; breuiſsimo enim fontis hauſtu carũ ſibi, ſtolideque aggeſtum ærarium Midas penderet. Veræ ergo opes, quæ alunt, quæ tegunt, quæquè his inſeruiunt. Cuncta hæc agricola donat, mercator affert, artifex parat, miles tuetur, magiſtratus, vel ſeculi vel animi iura reſpiciat, ſyncera ſeruat. Singula horum operá breui nobis calamo liceat delibare.

Agricolarum opus naturá & dignitate primum; prima enim, rerumquè omnium dignisſima vita: nulla hæc ſine victu: victus eſui, potui, cultuiq́; corporis neceſſaria cõtinet. Cuncta hæc ab agricolis. Plures eorum eſſe differẽtias, aratores, paſtores, vinitores, arboratoresq́; eſſe noſcas. *Agricolarum differentia.*

Arator panem ciborũ præſtantiſsimũ miniſtrat. Eò panis dictus, quaſi cibaria omnia contineat, ſeu cõdiat. Omnia enim etiam eſuriens ſine pane faſtidies. Herbarumquè & frugum eſcam priorũ hominũ victui ſuppetiſſe, & ignara diuinorum gẽtilitas & ipſiusmet Dei iuſſus affirmat. Nec tantũ victui, cultui etiam arator ſufficeret, ſi lini huiuſmodiquè alia ſemina ad copiam ſereret. Ideòquè primus ex homine homo natus agris ſtuduit.

Paſtor. Paſtoris labor æquis ſe laudibus, maioribusvè effert. Pana enim vocat, quaſi omnium dator, numen ſibi agentibus adſcriptũ. Nec magna id aratoris iniuria: plures namquè opes pecus importat, lac, carnes, coria, lanicia, quæquè ex his multarũ miniſterio artiũ tum obſonia, tum tegmina ornamẽtaquè nanciſcimur. Et, quia pecus diuitiarum fundamentũ, ouis effigiem primo in numiſmate ſignauit antiquitas, numosq; oues dixit: tandemquè ab ſpecie ad genus aſcendens (liceat his rationalis philoſophiæ vocibus vti) numiſma omne appellauit pecunia. Omni ergo arte primo

fruges,

fruges, secundo pastionē loco auge, serua, & defende. Oppositaq; coru iura cōcilia: opposita ab ipso mundi ortu: primus nāq; terræ cultor primū ouium custodem fratrēq; de medio sustulit. Nec sedata, adhuc viuūt hæc iurgia. Omnisq; alius agricola in pastorē insurgit, antiquaquè arua quasi senio obnoxia destituēs noualia appetit, pastuiq; dicatos colles, prata, nemora aratro euertit: satosquè cogit agros pecudes pascere. Multiplex inde in pastores mulcta, multiplex calūmnia, multa pecudū lues. Istis vt obstes, pastionē vel stanti vel peragrāti destinatam pecori, quidquid vel inscitia, vel rempublicā administrātiū auaritia importunè efflagitet, nulla vtilitatis necessitatisvè specie vomer aperiat. Agrorūquè senectus, qua sæpissimè preces tuētur, cultorū est ignauiæ tribuēda. Arua enim, si debitè colātur, annuatim iuuenescūt. Sed laboris auersio nquū euertere fundū cōcupiscit, maius vnde leuiori curâ lucrū. Semelq; apertū pratū, licet in tēpus cōcessa apertio, nunquā clauditur. Expedit ergo, vel vt citissimè claudas, vel qd

tutius est, vt nunquam aperias. Terræquè lassitudine, quam negamus, concessa, quietem ad inuicem laboremquè fundi experiātur: agrîquè honores pratum, agerquè prati delicias nonnunquam sentiat. Hanc vt terra senectutem exuat, plures eorum, quibus hoc placet senium, creduli affirmant: iam isti, iam alteri inundationē prouinciæ à cœlo defluere, olimquè cœlo apertum quidquid nunc æquor claudit, æquoreque clausum quidquid nunc cœlo apertum; hancquè perpetuo mutationē & subiturum orbem, & subisse. Otij ergo & laboris vicissitudo terram, si senectuti credis, fœcūdet, & proprijs contentus pastor viridarijs sata, quibus non eget, raro tanget. Indequè mulctādi calūniandiquè ansa aratori, vinitoriquè minor. Inde frugum, pecudumquè accretio, & cōciliatio. Bona hæc pro voto gliscēt, si arator pastoris muneri etiā incūbat, propriarumq; pedibus ouiū agrū vegetet; pinguisq; in sterilitate pecus, in pecudisq; lue ferax eū ager soletur, vt sationis, pastionisq; cura æquè distractus, æquè vtriquè consulat.

Vinearum in ſacris nota neceſsitas, in non ſacris dubia eſt vtilitas, licèt neceſſarij decora victus, multarum gentium placito, vinum ſibi vſurparit. Oppoſita nobis arridet ſentẽtia: plures namquè homines regionesquè hunc hodie ignorãt potum, olimq́; omnis à mundi ortu vſquè ad eius interitum prima ignorauit ætas. Vinearum ideò opus potiùs (ni fallor) delicijs quàm neceſsitatibus indulget: viniquè potus, tantùm morboſorũ ſaluti deſtinãdus, quã plures tũ animi, tũ corporis morbos parturit. Rubor quondam paucis à retro annis fœminas, adoleſcẽtesq́; inficiebat, breuem ſi vini hauſtũ lautiſsimis etiam in epulis, licentioſis in conuiuijs, cõuiuarum importunatione, ſeniorũ iuſſu, vrbanitatis obediẽtiæq́; legibus coacti deguſtarẽt; nunc verò, nulla ſexus ætatisq́; differẽtia, ſeſe omnes manè veſpere noctuquè vino ingurgitãt. Infantesq́; vino à lacte depellimus, eoq́; ſenes abſurdè lactamus. Immẽſa inde vini cõſumptio, immenſumquè ex ea ciues lucrum captantes, aratrum, paſtumquè, minor vnde vſura, deſtituunt:

cam-

camposquè alijs frugibus, ouibusq́; adſcriptos ad vineas trãsferunt. Inde neceſſarij victus, cultusq́; defectio, caritasquè. Nec ideò vino ciuitas abundat, nihil enim in delicijs, luxu, gulaquè ſatis. Deſperatus medicina morbus, etiamſi vt Roma fœminis, ſi adoleſcentibus, vt Platonis Vtopia, cunctis ſi ciuibus, vt Agarenus legumlator, vini potum prohibeas: potus namquè & eſus prohibitio, ni religionis iuribus armisquè defendatur, fruſtra ſancitur. Deſperatus medicina morbus, ni antiquatus ad noſtros redeat rubor; quãquè ſobrietas vini copiam afferat, vicinis hoſtilibusquè vendamus prouincijs, vel neceſſarijs, & vtilibus mercibus permutemus. Sed tarda nimis, nulloquè fortaſſe tempore acceſſura hæc curatio, breuior tutiorquè, ſi plantationis adſit prohibitio. Sed in eam acriter inſurget vinearum dominus, earum fructuum, vt exprimat, emptor, ab iſto emens, vt minutim vendat, huius inſtitor. Tot iſtius venditione luxus homines viuentes in nos inſurgent. Nec patroni eis deerunt, nec patronis veritatis

ima-

maginem præ ſe habentes argutiæ. Eccle
iæ enim & fiſci opes plantatione prohi-
ita decreſcere aſſerent; obliti ignarivè
æpè ſæpiùs frugum pecudumquè accre-
ione ſupplendum, quod plantationis mo
leratio detraxerit. Nec intereſt, ſi deſit
ſupplementum, opes enim nõ cenſeo, cer-
am quæ parturiunt inopiam, nec multa
magnaquè in futurum incõmoda parans
audienda eſt præſens falſa breuisquè vti-
litas. Sed pecudum more ſolùm inſtantiũ
ſenſu mouemur, ventura vel cæci non vi-
demus, vel ſtulti negligimus. Vinearum
ergo trãſgreſsiones coërceas, nihil vltra
quam expedit gliſcat.

Syluarum nemorumquè cura nemini eſt curæ, magna id Reipublicæ iniuria. Quas enim arbores vel ſecuris amputat, vel aratrum euellit, nulla noua plantatio reſtituit. Inde pecoribus media in hieme paſtus & apricitas, hominibus tegmina, cunctis artibus inſtrumenta, ipſum tandẽ elementum ignis, quæquè ab igne habemus beneficia deficiunt. Arborum ergo plantationi diligenter ſtudeas: fluminis, *Arborator.*

riui,

riui, fontisquè aquas hac, illac, illacquè varijs effluere diuerticulis efficias; earũquè ripas, quoad Regio permiſerit, arborũ amœnitate orna, & illuſtra. Quasquè ſecuris, vomer, morbus, tempusvè ſyluas perdiderit, alias illicò in eorum locũ ſufficias. Magna nobis parat incommoda horum neglectio.

Habes agricolarum differentias, aratorumquè & paſtorũ munus eſſe digniſſimũ. Quas ergo à natura opes agri, colles, rupesquè ipſæ habuere, arte iuuabis & prudẽtia: agrorumquè vitã, iuſtitiæ, parſimoniæ, & diligentiæ magiſtram, totquè Conſulum, Dictatorũ, Imperatorumquè parentem, in honore ſi habeas, diuesquè otiũ ſi, vt noſces, euertas, plures ditiſsimorum etiam ciuium antiquum ad agrorum fœnus redire compelles: ſancitis alijsquè in futurũ ſanciendis oneribus validi, prævalidiquè agricolæ exiſtent. Intectaquè adhuc oculis ſcopula oculos, pedes, manusquè hominũ ſentient. Veræ inde opes, veræ diuitiæ.

Crebro igitur agrũ vulnere, raro prata

nemo-

nemoravè afficias, diuersis agricolarum curis æquè consulens: istis vt opibus semper affluens, carū potiùs venditor, quàm emptor existas. Si prouinciæ malo id non assequaris, id assequi studeas, vt, proprijs contentus, alienos fructus non emas, non appetas. Cūcta assequeris, si sobrius, si gnauus. Gnauus enim tristissimū etiā fundū lætū facit. Sobrius ipsa in sterilitate cunctis abūdat. Hâc ciuis arte diuitias congerit. Eâdemquè Princeps, commercij amicitiæquè specie, sæuissimū in pace bellum infert, tacitâ assiduâquè auri extractione vicinas, eòquè hostiles, gentes expilando.

Quas donat ager opes, augeat prudens annonæ consiliarius: diligēterquè noscat (liceat ista iterum afferre) quo sterilis cultu fertilis terra reddatur: quorum sit fructuū ferax vnaquæquè prouincia, vtq; breuis, breuiquè numo eorum fiat exportatio & inuectio. Vnde rerū pretia aut intendi, aut remitti cōtingat: quorū expediat, noceatvè fructuum taxatio, an ad edulia tātū, quæ seruari nō possunt, sit extendenda. Istorūquè copiā an negotiatoribus certis

ſe pretijs aſtringentibus cõmittere oporteat: quibusq́; iſti fraudibus, Reipublicæquè adminiſtratores, eorũ ſocij fautoresquè inquinentur: quibus anni diebus aliquorũ eſus, ne cõtinuo ſumptu deficiant, prohibendus: prohibendaquè, ne omnino extinguantur, fœrarum, auium, piſciumvè captio. Hæc enim plura & alia iſtũ noſcere oportet conſilium.

Merca-
tor.

Sed cùm omnium etiã vberrima alijs egeat prouincia, frumentũquè iſta ab illa, illa ab iſta oleum mutuetur, mercatorum induſtriam, aliarum inuentrix, excogitauit neceſsitas. *Eius ope, quod genitum eſt vſquam, natum apud omnes gentes videtur:* Occidentisq́; incolæ Oriẽtis delicijs, iſtiquè illorum opibus fruuntur. Mercaturæ ergo opera non negligenda, præcipuè *Si magna, copioſa, multa vndiquè apportans, multis ſine vanitate impertiens.* Hæc enim victui alijsq́; neceſsitatibus ſuccurrit, Reipublicæ neruos, vectigalia, auget; eamquè exercentes diuitijs, quæ cæteros in ciues ſenſim delabuntur, continuò implet. In fœcunda Lygurum ſaxa, iſto tantùm la-

bore

bore fœcunda, totius terræ opibus potita, lasciuiunt. Ciuitatis ergo ciuiumquè vt opes crescant, mercatorum opus crescere oportet. Crescent, si honores illis struas, annuiquè reditus destruas ignauiam. Mercaturâ enim in honore habitâ, diuiteque expulsâ inertiâ, plures eorum, quos otium perdiderat, vel negotij nota detinuerat, sese mercium curis necessario sponteque subijciẽt. Aliàs, si mercimonio adscriptos à ciuium (vt nonnullis placuit) & numero & honore pellas, mercatura decrescet: nullus enim bonæ frugis pretijq́; homo patrijs corã laribus lucrũ famæ præferet. A nostrisquè, quia pauci habitâ, mercaturâ desertâ, externi mercatores ad stragem iniuriamq́; nostrã, notã, quam non incurrunt, irridentes sese nobis inserent: beneficijquè & amicitiæ specie auro, argento, alijsquè nos mercibus spoliantes, alienas hostilesquè in prouincias spolia transmittent. Perniciem hanc, si vt Hispania hodie, olim Philosophus fuisset expertus, si Lygurũ solertiam & diuitias præuidisset, gradu motus, ingenuè recantaret palinodiã.

Nec ideò mercatura notanda, quia lucro intẽtus, ideò vanitati obnoxius, mercator: hæc enim hominis, non artis vitia noſcuntur. Vitiaquè auertes, ſi candidum à ſordido mercatore ſeiungas: candidoquè nonnulla & certo definita numero inania nobilitatis inſignia, vtilia vè magiſtratuũ munera deſignes: inania adhuc mercimoniũ exercenti; vtilia, ſi ab eo per quinquenniũ (decenniũ ſtatuere alij) ſeſe abſtineat: nõnullamquè militiæ operam, opemvè quietis tempore præſtet. Lucri auiditatẽ mercaturæ inſitam etiã auidiſsimus & deponere quinquennio poterit, & obliuiſci. Aliàs ſi eàdem vtrumquè excluſione metiaris, tantũ lucro intẽdet vterquè; & cãdidus ſordidus, & ſordidus ſordidiſsimus mercator euadet. Suus ergo maneat honos mercaturæ. Nec propola omnino negligẽdus, tũ quia abeſſe ei poteſt (periculũ & aſſuetudinem noſco) vanitas & mendacium, tum quia eius cura vtiliſsima; ſeu ipſi vendas, ſeu emas ab eo. Peregrinus enim, magnus vè mercator ſe cito vt expediat, retardationisquè ſumptus

effugiat,

effugiat, breui inuento gaudet emptore: paruulusquè emptor, magno emere impotens à mercatore, paruulum, licèt nonnihil carius emat, inueniſſe venditorem lætatur. Tenuem ergo iſtam mercaturā, ſi ad maiorem aſcendat, duplicique in ea decennio verſetur, magnæ liceat muneribus honeſtari. Laude namquè dignum eum arbitror, inopi qui ab ortu, continuo honeſtoquè labore (honeſtus qui ſine vanitate & mēdacio) ad diuitias opesquè parſimoniæ gradibus aſcendit: contrà dedecore eum ignominiaquè ſignandum, qui in diuitijs ortus, ignauiæ turpitudinisvè præcipitijs delatus ſceleſtā triſtemvè in egeſtatem deſcendit. Nec opulētas mercium ſordes virtuti præfero & nobilitati, ſed humilem laborē, diuitiarum virtutumquè parentem, ſuperbæ ignauiæ, egeſtatum vitiorumquè procreatrici, antepono. Humili ergo cum propola, humiliſsimo cum inſtitore, ſi honeſtè agant, honeſtè agendum. Natura enim dominus, licèt fortuna ſeruus, tabernæ qui mendacijs præpoſitus, iuſto inhærens, non diſcedit à vero,

Sed ad reliqua rediens,nihil vndiquè beatum,cũctisquè suis numeris à natura artevè completum:cõmercijquè bonis plura misceri mala contingit, religioni, moribus,paci,ipsivè copiæ obnoxia. Quibus præstat prudenter occurrere, quàm commercij vtilitates penitùs auferre. Vitanda hostium, maximè si numine moribusvè dissentiant, communio. Vrgens si aliud poscat necessitas,prouinciæ portus, liminavè communicatio non transcendat: inutilium & quæ tantùm vanitati & luxui opportuna noscũtur,sistat inuectio: quæquè hostiles prouincias bello muniũt,cesset exportatio: quæ semel licuit extrahi, externis artibus digniora reddita, non inferantur: alienæ merces nostrarum vẽditiones nec precij,nec bonitatis ratione nõ detrudant:proprijsquè necessariã ad euectionem inuectionemvè non alienis vehiculis nauitisvè est vtendum: publica omnes ad fora concurrere, certisquè ibi horis cũctis patere ciuibus, eoquè tempore propolas procul abesse,decernas:vnius pluriumvè merciũ venditionem sibi soli

parare (vt de Thalete Democritovè narratur) ni Principi Reipublicæq; summa in necessitate constitutis, nemini permittas. Monopolia acriter punias: conuenticula, vbi collegij specie, de monopolijs mercatores conueniũt, acutè vita: licita verò à negotiatione, ni honestas prohibeat, neminem arceas. Principem, ciuitatem, Ecclesiam, earumq; potestates, & ministros, Regulos potentioresquè viros emere, vt vendant, nec licet, nec expedit. Non licet, eos, quorũ virtus omniũ oculis debet obuersari, quosquè diuitiarũ se cõtèmptores oportet ostendere, ei se immiscère curæ, tot cui imminent & auaritiæ pericula & vanitatis: non expedit, eos, quibus ad victum cultumq; annui reditus, salaria, stipendia suppetunt, mercium emolumenta, tenues vnde medijvè ciues vitæ suppetias capiunt, intercipere. Non licet, non expedit ad altiora vocatos humilia hæc respicere. *Maximis namquè animis splẽdidissimisquè ingenijs, quibus plerumquè honoris, imperij, potentiæ, gloriæ cupiditates existunt, nihil honestius, nihil magnificentius*

quàm pecuniam contemnere, si nō habeant: si habeant, ad beneficia & liberalitatem cōferre. Multa ergo annonæ consulentibus in mercatorum auaritiam & calliditatem prouidenda; eorumquè ministris de mercium adulterijs trutinarumquè mendacijs multa notanda.

Trapezita. Mercatorū industriæ trapezitæ accedat argentarijvè ministerium. Alienis in prouincijs pecunia egentibus vtilissima hæc negotiatio: tuto enim ab ortu in occasum chirographorum munere trāsfertur: mensarijquè opere medios inter hostes sita Regio defenditur. Campsorum ergo artem, fictitiumquè in ferijs pecuniarum valorem, quovè pondere aut bonitate illud ab isto distet numismate, ciues nostri integrè discāt, & vbiquè terrarum præcipuis in ciuitatibus, vbi expedierit & liceat, hanc negotiationē exerceāt: quasquè exteri inde opes cumulant, nostri cōgerant, leuioribusq; impēsis & vsuris pacis bellivè tempore nobis succurrant.

Artifex. Nullus gressus progressusvè mercium, agrorum, militiævè; si malleus aliaquè

artium instrumẽta sileant, aut quiescant: nullusquè ornatus cultusvè homines à belluis seiunget; imò pecudum more prato incubantes, hèrbasquè carpentes, brutam illam in ætatem (auream alij dixêre) rursus incident. Artifices ergo & serua & honora: serua, quia vtiles; honora, vt serues: præmio enim artes aluntur. Si eas excludas, aut despicias, vltimam sine lite luẽ senties: peregrinisquè vti artificibus coactus eorum manus operavè tuum sensim aurum argentumquè exhauriet. Maneat ergo mechanicis artibus suus honos, summum dedecus in ignauia. *Melior est enim qui laborat & abundat in omnibus, quàm qui gloriatur, & eget pane.* Laudequè dignior operas locans & exercens etiam cœlestiũ orbium cognitioni operam dante. Omnium enim scientiarum dignissimam, *Si hominum societatem non attingat, soliuagam, ieiunam, mancamquè* Orator censet. Ipsaquè diuinorum cõtemplatio, Apostoli si mouemur exemplo, manuum ab opere non seiungenda. Nec interest, nihil in officina ingenuum, raròquè paruis

vilibusvè assuetus magna & generosa cogitare; ideòquè à ciuitatis iure opifices arcendos: dignior enim, qui paruis vtilibusquè, quàm qui nullis seu inutilibus detinetur. Ipsaquè iuris ratio deposcit, vt honorũ adsit communio, quibus laborũ cõmunicatio. Nulla ideò ciuitatis iura inertibus communicãda, ignobilissimumquè laborem etiam nobilissimo otio est præferendũ. Artificũquè syncerissimi (quicquid nonnulli, iniuria forte irrideant, & contrà, nõ iure, insurgant) pluribus si annis honestè ministrarint (eorum etiam vanitatem & assuetudinẽ nosco) aliquibusquè honestè ministrare, desierint, nonnullis etiam, vt mercatores, ciuitatis iuribus honestentur: Artesquè vt augeas, nulla sine nota inertia, nullus sine nomine labor transeat. Caueas verò, ne, tot vnde ciuitatis ornamenta commoditatesquè nascuntur, in ipsius perniciem artificia vertántur. Vertentur, noua si in dies tantùm voluptati luxuiquè opportuna artifices excogitent, & inueniãt. Acriter ideò, veteris Græciæ exemplo, puniendus no-

uorum inuentor, artifex, venditor, aut mercator.

Frustra hæc omnia, frustraquè aurum argentumquè, quod nequè tegit, neq; vulnerat, ni ferrum adsit custos & defensor. Si ratio dominaretur æquitasquè, militiæ labor, fateor, superesset. Ambitione verô auaritiaq; dominantibus, nihil vtilius, nihil necessarius, nihil honore dignius. Quā nō iuris, militis gladius iniuriā vlciscatur, bellumq; puniat, quos punire nō valet iura dicēs. Hanc ergo vrbis tutelā (quicquid contra placeat tyrannidi) locare præstat, quàm conducere. Eam mēdicans, alijs licet affluat, cunctis eget. Ipsaquè rerū copia, vnde ciuitatū fœlicitas, hostes ad spolia rapinasquè inuitaret, nocensquè esset, ni proprijs eam viribus, nō alienis aut mēdicatis, valeas defendere, & custodire. Militū ergo copiæ cōsulēdū: copiasq; addes antiqua si maiorum virtus reuirescat. Hodie enim adeò vitio otioq; marcescit, armorū vt sonitū nemo appetat, nemo ferre discat. Nec miror, quis namquè etiā rudissimus, denis, vt aiunt, assibus animā & *Miles*

corpus

corpus æſtimet, duraquè belli mala patiēs grauem infructuoſamquè vitā agat, cum vel cenſus dominus, vel maioratus poſſeſſor, vel literariæ inertiæ aſſecla, vel alterius otij cultor, aut quod eſt deterius, litium ſator actorvè, vel alicuius vanitatis aut turpitudinis magiſter aut miniſter affluenti victu, cultu & fortaſſe luxu potitus, nulla leuivè cura cunctos militiæ honores debitos aſſequatur. Inde militantium in dies minor numerus: multarumquè hodie prouinciarū Dominus eas peditum manus equitumquè turmas numerare, alerequè impotens, quos olim cuiuslibet earum Regulus breui cogebat, diuquè cibabat. Antiquas ergo ad copias rediturus antiquum ad laborem antiquatāquè ad ſobrietatē redeas: totquè, quibus in pace vtimur, commoditatibus modum ponas: cunctaquè nobilitatis inſignia, magiſtratuum munera, annuiquè reditus ignauiam, maioratus ſplendores bello tantùm illuſtribus deſigna: quāquè mercatori artificiquè honorum aperuiſti ianuam, ni manu, aliquavè ope his,

quibus quiescit, annis bello indulgeat, omnino, vt iam habuisti, claudias. Nullus ergo ad honorem gressus, ni militaris fauor gradũ struat. His renata artibus maiorum militia fortior insurget, si commeatus, sumptus, luxusquè, quibus, perditi vt homines in ciuitate, milites in exercitu lasciuiũt, resecare discas. Nostrorum acies (pudet referre) Turcarũ parsimonia acriter increpat. Nostros Belgico assuetos Marti milites excipio.

Partam agricolæ, mercatoris, opificis, militantisquè manu rerum affluentiã publicæ vtilitatis iustitiæquè limitibus magistratus contineat: annonæquè ad concilium consiliarios consultoresvè omnes eos admittas; dummodo ab agrorũ mercium artiumquè negotijs honestum, vt retuli, ad otium transfugerint. Nulla enim sagacissimi etiam ingenij speculatio domestici istius exploratoris prudẽtiam attinget: auaritiæ enim vanitatisquè vias, quibus agricola, mercator, opifexvè incedũt, vel quia lapsus in ipsis, vel quia aliorũ lapsus inspexit, sagax callet, acutequè *Magistratus.*

præ-

præuidet. Quas ſecularis magiſtratus vel inſcitiâ, vel ſocordiâ, aliâvè ratione fraudes non curat, ſpiritus miniſter curandas ſuſcipiat. Nonnunquã enim plures, quos frænare non valet legum timor, ſancita in manes frænat vltio, ſacrifica coërcet culparum apertio, ſacrivè conſiliarij vox vel publicè, vel priuatim orantis reſtituit. Ciuium ergo laboribus cibata, culta, fultaquè manet ciuitas. Vice verſâ, eorum ignauiâ inops, ſordida, inermisquè labitur.

Otium. Otium ergo, quia in primis noxium, imprimis fugiendum. Fugies, ſi nobis à natura inſita laboris auerſio in ipſius amorem vertatur. Vertetur, ſi vomeri, ſi ſecuri, ſi mechanicis artibus ſuus ſit honos, ſi ſummum, vt iam ſæpè audiſti, in ignauiâ dedecus ſtatuas. Sed fabulam (proh dolor!) riſu excipiendam canimus: omnis enim labor, licèt virtutis comes, legibus moribusquè à pretio & honore excluditur: otium verò, omni licèt crimine infectum, ad pretia ad honores vocatur. Non mirum ergo, ſi ignauiæ cũcti in-

tendant, ſi ignauorum in dies numerus maior. Inde priuata publicaq́; paupertas, externis intecta ciuitas internisquè malis. Cunctis occurres, ſi præmij pœnæquè ordinem, quem turbauit inſcitia, reſtituat prudentia. Sæpè hæc repetam, ſemel vt audias: Maneat mechanicis etiam artibus ſuus honos, ſummum dedecus in ignauia. Procul à te, procul ab honoribus, procul à ciuitate ignauus. Ignauus qui publicæ rei nec mente, nec manu, nec aliter prodeſt. Plures eius ſpecies, propriũ quælibet pharmacum depoſcens. *Plures otij ſpecies*

Eorum, qui oſtiatim victum quæſitant, ſeſe prima oſtendit inertia. Eos ſi certo clauderes hoſpitio, vagantium errores plurium ſolueres, plura falſa à veris vlcera diſcerneres: pluresquè manu, pede, aliovè ſenſu vtiles (nec deſunt, quæ ſequaris exempla) labori æquo cuiuslibet viribus poſſes adſcribere. Debiliſsima etiam manus proprio fortaſſe victui ſufficiens; fortequè in dies minor clauſuræ odio hoſpitum ignauorũquè turba. Spõte ſeſe omnes, carcerem vt fugiãt, labori, *Mẽdicus.*

cui permiserit salus, læti addicent. Isto ergo tecto clausos Regum munificentia, potentiorum effusio, Ecclesiarum charitas, ciuitatum largitio, omniumquè ciuium pietas foueat. Eò solutis cuncta hæc deficiant.

Subrostrarius seu cœnarum sectator.

Hæc de eo, qui ostiatim victitat, ei simillimus, quem nobilitatis rumor ad mēdicitatem, seu opificium non sinit incuruari. Alieno vt ille ostio, alienæ hic mensæ, conuiua non vocatus, molestus perpetusquè hospes semper hæret, alienas maiorum virtutes, quas suâ lacerat inertiâ, vbiquè intempestivèquè iactans: diuini illius oraculi nescius, *Melior est qui laborat, & abundat in omnibus, quàm qui gloriatur, & eget pane*. Huiusmodi inopiæ nec publica, nec priuata occurrāt æraria. *Languescet alioquin industria, intendetur socordia; si nullus ex se metus, aut spes: & securi omnes aliena subsidia expectabunt, sibi ignaui, nobis graues*. Censorum iura sub rostrarijs perditisq; istis ciuibus obijcias.

Apparentem virtutē ostētās.

Sunt & alij segne qui otium magnifico nomine velantes insolitæ apparentisquè

què virtutis imagine alimēta inertiæ cō-ſequuntur. Cunctis exoſa ſeculis prudentiorum in oculis iſta lues nunquam vitabitur: eam namquè perpetuò multitudinis inſcitia cibabit, & defendet. Cautè ergo huiuſmodi homines ad numerum & ordinem redigantur.

Peſsima eorum ſequitur ignauia, quibus lucrū à delictis. Sine pharmaco morbus: aſylū enim eis potentiorū tectum & fauor: quibus ab ortu paraſiti adſunt, lenones vel ſicarij. Neglecta nobiliū inſtitutio hac nos tabe inficit. Gliſcit peccandi licētia, à diuitijs maiorūquè imaginibus vſurpata, parētum, magiſtrorū magiſtratuūquè incuriâ. Sine pharmaco, inquam, morbus, ni Princeps ipſe oculatus inquirat, quibus potentiorum filij artibus ſe exerceant, quibus otiētur ludis, quibus ſeruis, familiaribus ſocijsvè vtantur, ab eorumquè comitatu iſtos vitiorū authores procul arceat. Tanto huic operi potētiorum etiam magiſtratuum poteſtas impotens.

Turpitudinū magiſter, miniſtervè.

Præualida ipſarū legum aſſenſu eorum adeſt ſocordia, qui diuitijs perpetuò alie-

Maioratur poſſeſſor.

nari gaudent prohibitis. Superiori hæc ista deterior: illius nãq; parẽs, nutrix, & asylũ. Pessimus enim quisq; opibus periurio, vsurâ aliovè scelere aggestis, perpetuâ inseparabiliq; vnione ligatis, legatisq; maiori natu familiæ, perpetuò Rempublicã donat turpi, ignauoquè ciui. Ipsiusq; ignauia & turpitudo plures inficit; hos vano vt comitatui serui adsint; illos, vt vitiorũ comites diu noctuquè & defensores existãt. Breuiquè cũctã in maioratus familiã mor bus trãsit. Notã enim incurrere credimus, si vomer, si securis, si malleus eos tangat, quos primogenij possessor lõgissimo etiã sanguine tãgit. Tot otiosi ignauiquè ciues vnius inertiã & diuitias sequũtur. Hæc vt caueret mala, quidquid Iurisprudẽtiæ tur ba contrà ferat, breuissimã perpetuis vitã fideicõmissis Iustinianus præscripsit. Eadẽ, ni fallor, Hebræo iubilæi anno, ipsiusmet voce Dei scripto, vitabantur. Nil sanctius, nil prudentius; vt ciuitatis opes in paucos nõ inciderẽt. Sed nullũ sine cõtrouersia placitũ: hic in illo, in hoc sibi alius indulget: familiarumquè splẽdorem, per-

petuis istis fultũ opibus, plures defendũt: eâ potissimum validâque ratione, vt potẽtior sit ea pars, quæ Rempublicã saluã esse velit, quàm ea quæ nolit. Reguli enim cũ se ad inuicem custodiunt (iterũ hæc repetere liceat) eâ gaudent regẽdi ratione, vnde sibi nobilitatis insignia, dignitates, honores nulloq; tempore perituræ diuitiæ nascũtur. Incertus illis ex mutatione ascẽsus, descẽsus certissimus. Ideòque præsertem ciuitatis statũ cautè diligũt, & facilè defendũt. Eis enim multorũ mẽtes ciuit. vel amore vel timore aliovè affectu semper adsunt deuinctæ. Horũ ergo vires primogeniorũ iure in perpetuũ seruandæ, vt perpetuò publicæ opulẽtiæquè suæ defensores existant. Cuncta hæc bona Princeps destruit, si possessionũ vincula soluat; si foueat, primò relata mala auget. Abruptum istud, illudq; præcipitijs iter, si medio incedas, facilè sternes. Omnequè nimiũ ciuitati, vt naturæ, inimicum noscens, nonnullis illustriũ familiarum viris illustribus hunc, cæteris negatũ, honorem aliquibus Reipublicæ oneribus extinctionisq; legibus

ſuppoſitũ permittas:ad eũq́; nemini Regali ſine venia liceat aſcẽdere. Veniaq́; eximiæ alicuius virtutis,cõmune ciuitatis bonũ proſpicientis,præmiũ adſit.Nec in perpetuũ, quartũvè vltra nepotẽ extẽdatur; ni prorogationem præclaro vllo facinore mereat poſſeſſor.Hâc Princeps prudentiâ maioratuũ ignauorumq́; multitudinẽ minuit:quæ ex his mala oriuntur,auertit:virtutũ præmia auget : familiarũ ſplendorẽ, nouis in dies glorijs vireſcentẽ , defendit: ciuitatis defenſores tuetur:eosquè in otio tot honeſtis clarisq́; laboribus parto onerũ impoſitione vtiles reddit : legibusquè extinctionis obnoxia primogenia, ne plura,nec vltrà,quàm expedit,gliſcant,prouidet. Nõ ergo,vt moris eſt,huius inertiæ tutor,potiùs extinctor magiſtratus creetur: pluraq́; à nouis præcipuè hominibus ſancita primogenia, alienationis facultate permiſſa,ſenſim,ſi expedierit,diſſoluat. Nec ſacra te implicet morientiũ, qua iſta ſæpè firmãtur,volũtas; dũ ſacrũ illud oraculũ noſcas:Reipublicæ ſalus ſuprema lex eſto: teſtantium contrahentiumquè placita,

ipſasquè leges viribus deſtitui, ſi moribus, ſi paci, rerum ſi copiæ noxias experiamur. Cũcta hæc ſubuertunt bona perpetua hac ſeruitute (vnius iure & multorum iniuriâ) facultates ſuas vanitati dicantes.

Supereſt, quæ ex pecuniæ abuſu ignauia deſcendit: vſura inquam, cẽſusvè, ipſâ vſurâ deterior. Iſtius enim otium omnes inuitat, quia in honore habitum: illius verò negotium, quia in dedecore, plures à ſe arcet. Vſuræ etiam malum facilè dantis vel accipientis cedit arbitrio: cenſus verò labes nunquam ſoluitur. Venditoris ſocordia inuitum etiam emptorem ſæpè in otio retinet: raròquè ad libertatem redit ſemel hanc ſeruitutem fundus ingreſſus: imò aliâ, aliâq; ſeruitute ſeruituti additâ, eis inualidus culturæ bono deſtituitur, in perpetuũquè pro derelicto habetur. Nemo nãquè emere, occuparevè tentat tot oneribus creditorũquè curis fundũ obiectum. Mirificè Hebræus tum iubilæi, tum remiſsionis anno iſta præuiſit mala, & prouiſit. Cenſus ergo vſurâ deterior: plures enim, & lethalius inficiens, magis in dies

Cẽſus, annuivè reditus dominus.

malum rerum omnium, posteà vt referã, æstimationẽ auget. Tutius ideò nonnullis visum, si vllius præscriptione temporis libertatem venditor consequatur : vel futuras si annui reditus emptiones prohibeas, & paulatim præteritas soluas : cunctisquè possessionibus Regijsvè prouentibus pristina libertatis iura restituas : dũ magnatibus Regij prouentus non adscribantur. Tum quia his, bello enim nati, negotiare non licet : tum ne liceat, noui aliquid machinari. Nec obest, vsurâ censuquè pulsis nullum egenti auxilium relinqui, cum pietatis montes (liceat his verbis vulgò assuetis vti) aliorum exempla sequutus, valeas erigere. Veraquè pignorum venditio, vnde opem haurire potest egens, non ita nocens, vt census causâ fictâ. Annui ergo reditus seruitute in futurum exclusâ, sortem, quam iterum locare non licet, domino si restituas, eam ne perdat, ni perditè agat, vel pecudum vel agrorum, vel mercium curæ necessariò subijciet. Census ergo emptio, vel virtutis sit præmium ; vel nemini, vt ad hæredes

transeat

transeat permittatur: ad vitam verò tantùm senectute, aliovè perpetuo impeditis morbo, rogo, vt liceat. Huiusmodiq; emptorē à ciuitatis muneribus honoribusquè arceas. Eis habeatur impotens, qui se labori impotentem affirmat: aliàs perpetuum vt sibi otium emant; falsò, se laborare morbo, plures asserent.

Famulorū turba.

Quorum labor nec ciuitatem alit, nec custodit, ignauiæ proximus habetur. Inanis ideò famulorum turba ignauorum numero adscribenda, cum annui tantùm reditus superbiam, maioratusquè vanitatē ostentet. Inflatam hanc hydropē prudens solues, diues si otium, vt nosti, soluas. Eo namquè soluto, vtili omnes labore detēti frugi, non vacuis seruis vtemur. Lenociniumquè, luxus & vanitas non leuem aratro, telo, malleoquè perditorū ciuiū, vel potius domesticorum hostium, turbam restituet.

Literarū otium.

Aliorum labor nimium, licèt vtilis, eò noxius, quia plures detineat: omne namquè nimium inimicum naturæ. Literarū otium plures detinet, magisquè in dies

surgere

malum rerum omnium, posteà vt referã, æstimationẽ auget. Tutius ideò nonnullis visum, si vllius præscriptione temporis libertatem venditor consequatur: vel futuras si annui reditus emptiones prohibeas, & paulatim præteritas soluas: cunctisquè possessionibus Regijsvè prouentibus pristina libertatis iura restituas: dũ magnatibus Regij prouentus non adscribantur. Tum quia his, bello enim nati, negotiare non licet: tum ne liceat, noui aliquid machinari. Nec obest, vsurâ censuquè pulsis nullum egenti auxilium relinqui, cum pietatis montes (liceat his verbis vulgò assuetis vti) aliorum exempla sequutus, valeas erigere. Veraquè pignorum venditio, vnde opem haurire potest egens, non ita nocens, vt census causâ fictâ. Annui ergo reditus seruitute in futurum exclusâ, sortem, quam iterum locare non licet, domino si restituas, eam ne perdat, ni perditè agat, vel pecudum vel agrorum, vel mercium curæ necessariò subijciet. Census ergo emptio, vel virtutis sit præmium; vel nemini, vt ad hæredes

transeat permittatur: ad vitam verò tantùm senectute, aliovè perpetuo impeditis morbo, rogo, vt liceat. Huiusmodiq; emptorē à ciuitatis muneribus honoribusquè arceas. Eis habeatur impotens, qui se labori impotentem affirmat: aliàs perpetuum vt sibi otium emant; falsò, se laborare morbo, plures asserent.

Quorum labor nec ciuitatem alit, nec custodit, ignauiæ proximus habetur. Inanis ideò famulorum turba ignauorum numero adscribenda, cum annui tantùm reditus superbiam, maioratusquè vanitatē ostentet. Inflatam hanc hydropē prudens solues, diues si otium, vt nosti, soluas. Eo namquè soluto, vtili omnes labore detēti frugi, non vacuis seruis vtemur. Lenociniumquè, luxus & vanitas non leuem aratro, telo, malleoquè perditorū ciuiū, vel potius domesticorum hostium, turbam restituet. *Famulorū turba.*

Aliorum labor nimium, licèt vtilis, eò noxius, quia plures detineat: omne namquè nimium inimicum naturæ. Literarū otium plures detinet, magisquè in dies *Literarū otium.*

malum rerum omnium, posteà vt referã, æstimationẽ auget. Tutius ideò nonnullis visum, si vllius præscriptione temporis libertatem venditor consequatur: vel futuras si annui reditus emptiones prohibeas, & paulatim præteritas soluas: cunctisquè possessionibus Regijsvè prouentibus pristina libertatis iura restituas: dũ magnatibus Regij prouentus non adscribantur. Tum quia his, bello enim nati, negotiare non licet: tum ne liceat, noui aliquid machinari. Nec obest, vsurâ censuquè pulsis nullum egenti auxilium relinqui, cum pietatis montes (liceat his verbis vulgò assuetis vti) aliorum exempla sequutus, valeas erigere. Veraquè pignorum venditio, vnde opem haurire potest egens, non ita nocens, vt census causâ fictâ. Annui ergo reditus seruitute in futurum exclusâ, sortem, quam iterum locare non licet, domino si restituas, eam ne perdat, ni perditè agat, vel pecudum vel agrorum, vel mercium curæ necessariò subijciet. Census ergo emptio, vel virtutis sit præmium; vel nemini, vt ad hæredes

transeat permittatur: ad vitam verò tantùm senectute, aliovè perpetuo impeditis morbo, rogo, vt liceat. Huiusmodiq; emptorē à ciuitatis muneribus honoribusquè arceas. Eis habeatur impotens, qui se labori impotentem affirmat: aliàs perpetuum vt sibi otium emant; falsò, se laborare morbo, plures asserent.

Quorum labor nec ciuitatem alit, nec custodit, ignauiæ proximus habetur. Inanis ideò famulorum turba ignauorum numero adscribenda, cum annui tantùm reditus superbiam, maioratusquè vanitatē ostentet. Inflatam hanc hydropē prudens solues, diues si otium, vt nosti, soluas. Eo namquè soluto, vtili omnes labore detēti frugi, non vacuis seruis vtemur. Lenociniumquè, luxus & vanitas non leuem aratro, telo, malleoquè perditorū ciuiū, vel potius domesticorum hostium, turbam restituet. *Famulorū turba.*

Aliorum labor nimium, licèt vtilis, eò noxius, quia plures detineat: omne namquè nimium inimicum naturæ. Literarū otium plures detinet, magisquè in dies *Literarū otium.*

surgere

inalum rerum omnium, posteà vt referã, æstimationē auget. Tutius ideò nonnullis visum, si vllius præscriptione temporis libertatem venditor consequatur : vel futuras si annui reditus emptiones prohibeas, & paulatim præteritas soluas : cunctisquè possessionibus Regijsvè prouentibus pristina libertatis iura restituas : dũ magnatibus Regij prouentus non adscribantur. Tum quia his, bello enim nati, negotiare non licet : tum ne liceat, noui aliquid machinari. Nec obest, vsurâ censuquè pulsis nullum egenti auxilium relinqui, cum pietatis montes (liceat his verbis vulgò assuetis vti) aliorum exempla sequutus, valeas erigere. Veraquè pignorum venditio, vnde opem haurire potest egens, non ita nocens, vt census causâ fictâ. Annui ergo reditus seruitute in futurum exclusâ, sortem, quam iterum locare non licet, domino si restituas, eam ne perdat, ni perditè agat, vel pecudum vel agro rum, vel mercium curæ necessariò subijciet. Census ergo emptio, vel virtutis sit præmium ; vel nemini, vt ad hæredes

transeat permittatur: ad vitam verò tantùm senectute, aliovè perpetuo impeditis morbo, rogo, vt liceat. Huiusmodiq; emptorē à ciuitatis muneribus honoribusquè arceas. Eis habeatur impotens, qui se labori impotentem affirmat: aliàs perpetuum vt sibi otium emant; falsò, se laborare morbo, plures asserent.

Quorum labor nec ciuitatem alit, nec custodit, ignauiæ proximus habetur. Inanis ideò famulorum turba ignauorum numero adscribenda, cum annui tantùm reditus superbiam, maioratusquè vanitatē ostentet. Inflatam hanc hydropē prudens solues, diues si otium, vt nosti, soluas. Eo namquè soluto, vtili omnes labore detēti frugi, non vacuis seruis vtemur. Lenociniumquè, luxus & vanitas non leuem aratro, telo, malleoquè perditorū ciuiū, vel potius domesticorum hostium, turbam restituet. *Famulorū turba.*

Aliorum labor nimium, licèt vtilis, eò noxius, quia plures detineat: omne namquè nimium inimicum naturæ. Literarū otium plures detinet, magisquè in dies *Literarū otium.*

surgere

negotia minuit, & otia auget. Nec miror, sine lite stultus (hæc iterum audias) qui suas astrorum iniuriæ, fortunæ ludibrio, agrorũ neglectui, mercaturæ notæ opes supponit, cũ, annuo empto reditu, in otio valeat, & honore viuere. Communis inde ignauia, inde luxus, villarum depopulatio & euersio. His occurrere intentus legumlator census pretia solet intendere, vili vt à reditu ciues, eo minuto, victui iam non validos, maioris lucri cupidine ad agros, ad merces, exportationes, importationesvè earum, ab otioquè ad negotiũ transferat: præsentiumque vt leuet onera debitorum, præteritas etiam ad cõuentiones istam pretij intensionem extẽdit; Theologiæ, Iurisprudẽtiæquè multitudine reclamante & asserẽte: Ciuile ius, quæsita ex contractu naturæ gentiumq; iure firmato, infirmare impotens. Id verò non opportunè obijcitur: census enim neutri illi iuri agnitus. Naturæ, cum nummus nummum pariat. Gentium, nam pecuniæ vsus, vt augeat, non vt commercia minuat, inuentus. Ciuili ergo tantùm à

iure originē, formā, & stabilitatem habet ista conuentio; ciuiliquè à iure iura parta, si communis ciuitatis salus deposcat, ab eo moderari possunt, & extingui. Hisquè moderationis extinctionisquè legibus ipso in contractu tacitè videntur contrahē-tes sese subiecisse. Idquè plura Romæ Pontificumquè exempla testantur. Leuis ideò legem in istam, dum ad præterita extenditur, visa obiectio: fortiùs in primam præcipuamquè eius partem, census pretia intendentem, nonnulli politicorum insurgunt. Pretij namquè intensio vtriusquè contrahentis otium auget: ignauus enim venditor, auctæ sortis amore cæcus, vinculum, quo se nunquam soluet, rudis appetit: sequè, opesq; suas perpetua implicat seruitute, & inuoluit: æter namquè emptori vendit inertiā. Emptor verò nobilissimæ studiosus ignauiæ, eam, quo cariùs emit, amat ardentiùs. Cunctorumquè iusti liminum effractor rapinæ, furti, falsiquè gradibus ad opes, quibus otium & nobilitatem mercatur, cæcus ascendit: aliudquè non negligendum

malum rerum omnium, posteà vt referã, æstimationẽ auget. Tutius ideò nonnullis visum, si vllius præscriptione temporis libertatem venditor consequatur: vel futuras si annui reditus emptiones prohibeas, & paulatim præteritas soluas: cunctisquè possessionibus Regijsvè prouentibus pristina libertatis iura restituas: dũ magnatibus Regij prouentus non adscribantur. Tum quia his, bello enim nati, negotiare non licet: tum ne liceat, noui aliquid machinari. Nec obest, vsurâ censuquè pulsis nullum egenti auxilium relinqui, cum pietatis montes (liceat his verbis vulgò assuetis vti) aliorum exempla sequutus, valeas erigere. Veraquè pignorum venditio, vnde opem haurire potest egens, non ita nocens, vt census causâ fictâ. Annui ergo reditus seruitute in futurum exclusâ, sortem, quam iterum locare non licet, domino si restituas, eam ne perdat, ni perditè agat, vel pecudum vel agrorum, vel mercium curæ necessariò subijciet. Census ergo emptio, vel virtutis sit præmium; vel nemini, vt ad hæredes

transeat permittatur: ad vitam verò tantùm senectute, aliove perpetuo impeditis morbo, rogo, vt liceat. Huiusmodiq; emptorē à ciuitatis muneribus honoribusquè arceas. Eis habeatur impotens, qui se labori impotentem affirmat: aliàs perpetuum vt sibi otium emant; falsò, se laborare morbo, plures asserent.

Quorum labor nec ciuitatem alit, nec custodit, ignauiæ proximus habetur. Inanis ideò famulorum turba ignauorum numero adscribenda, cum annui tantùm reditus superbiam, maioratusquè vanitatē ostentet. Inflatam hanc hydropē prudens solues, diues si otium, vt nosti, soluas. Eo namquè soluto, vtili omnes labore detēti frugi, non vacuis seruis vtemur. Lenociniumquè, luxus & vanitas non leuem aratro, telo, malleoquè perditorū ciuiū, vel potius domesticorum hostium, turbam restituet. *Famulorū turba.*

Aliorum labor nimium, licèt vtilis, eò noxius, quia plures detineat: omne namquè nimium inimicum naturæ. Literarū otium plures detinet, magisquè in dies *Literarū otium.*

ſurgere experimur. Humiliſsimus enim ciuium, copioſa à Deo ſobole donatus, eã vel iuris, vel medicinæ ſacris, vel diuiniori donat Philoſophiæ: ciuiliquè à cõmertio aufert. Vlteriùsq́; tabes iſta ſerpit: publicæ enim charitatis ſubſidio infantibus omnium ope deſtitutis, eòquè ad ſeruitutem & opificium natis, literarum otiũ, ſimulquè luxum & ambitionẽ emimus: quâque abundamus, ignauiam augemûs; & quo indigemus, laborem, ignarâ ducti pietate, exulem facimus. Has ignorat inſcitias Turcarum prudentia, ſiue tyrannis. Easquè neſcies, tot ſi Grammaticorũ ſcholas; quibus breuiſsima etiam villa affluit, ſolueris: latiſsimoquè etiam in imperio vnam, alteramvè Academiam ſtatuas, aut permittas. Eorum vt turba, qui literarum otio & honore alliciuntur, longi labore itineris perterrita, grauesq́; illius ſumptus pertimeſcens, vtilia ſe ad commercia transferat.

Litium actores. Nec plenè ſuccurris, tot ſi cauſarum actores, litigantium æraria expilantes, nullo fundo cenſuvè gaudentes, fori tantũ

quæſtu-

quæſtubus validi, ditiſsimi etiã cum poſ-ſeſſore primogenij luxu & vanitate contendant. Dum iuſtitiæ nimis ſtudes, has iniuſtitias auges; tot iuris, interpretumquè volumina, tot cauſidicorum argutias, tot rabularum, in æternum lites protrahentium, tricas permittens. *Si cum ſumptibus ſit tibi moleſtiarum ratio, grauiùs putes ſic vincere, quàm confeſtim damnari.* Mala hæc vt ſileant, ciuesquè iſti vel ad armorum virtutem, vel ſe ad agrorum ſobrietatem conuertant, litium multitudini & earum diuturnitati modum imponas, legum numerum & ambiguitatem, laxaquè iudiciorum tempora continens, interpretumq; volumina penitùs excludens. Arduum iter ferè imperuium, paucisvè obuium, magnâ alicuius viri gloriâ olim peragrandum.

Non tantùm fori, Eccleſiæ etiam cura plures detinet. Cautè his occurrere noſti. Dexteri aliàs brachij obeſitas, totius Reipublicæ corporis malo, tabificam ſiniſtro maciem inferet. Leue olim ſacrum iſtud ſecularium humeris onus : nemo enim

vir-

virtutem ſine corpore exercebat, *Manuumquè opere monaſticæ diſciplinæ coniuncto, clericus, quantumlibet verbo Dei eruditus, artificio* (Apoſtoli exemplo) *victum quærebat.* Hoc verò perfectionis ornamētum infanti vtile Eccleſiæ, obſequio autem & authoritati iam adultæ non expedit.

His ergo alijsvè artibus (naturæ in hominis fabricâ ſapiētiam æmulatus) labori & negotio multitudinem, menti verò & contemplationi breuiſsimum ciuium numerū adſcribas. Nunquamquè à corde excidat: Egeſtatem operari manū remiſſam.

Luxus. Sed nihil tutum vel hominis, vel ipſius naturæ adinuenit prudentia: ſeſe nāquè mutuò bona, malaquè gignunt. Egeſtas, ſi adſit virtus, laborem, labor opulentiam, opulentia ignauiam & luxum: luxus iterum egeſtatem generat, ex egeſtate luxu partâ audacia, ex audaciâ totius humanæ ſocietatis erumpit ſolutio. His aſcēdidit, deſcendiditquè malis Romanorum fœlicitas.

Fru-

Fruſtrà ergo labor diuitias congerit, vanus ſi eas ſumptus cõſumat. Deſperata vnius in imperio lues; in paucorum verò pluriumvè potentiâ ſeſe ad inuicem mutuò ciues frugalitate æmulâ coercent, cæterique in transgreſſorem inſurgunt. Nec vitijs ibi, nec virtutibus licet excellere; teſtimonium fidemvè faciat Oſtraciſmus. Vnius autẽ in imperio deſperata, inquã, hæc lues. Princeps enim vel propriâ inſcitiâ, vel aulicorum aut aſſentatione, aut ignorantiâ captus, maieſtatem ſuperbiâ & faſtu, non virtute & prudentiâ firmari exiſtimans, quos nouos in dies ad maieſtatem faſtumquè ſumptus excogitat, ad luxum & inuidiam potentiores ſequuntur. Gradatimquè reliquos in ciues contagiũ deſcendit; nam gradatim aſcendit æmulatio. Quodq; deterius eſt, ſtultiſsimis vnius ſumptibus fatuâ ſe alter æmulatione ſuperiorem oſtentans cunctarum gentium fructibus, mercibus, artibusquè eget. Pluresquè vnius ob nitorem articuli manus atteruntur. Multiplex inde ciuitatis iniuria: inutili enim corporis domusquè or-

natu opes honesto victui debitas consumens, superfluis vt abundet, necessarijs eget: pluresquè officio decedũt, ne à gulæ delicijs, vxoris mũdiquè muliebris superbia discedant: scelusquè supplet, quod vanitas exhaurit. Nec nos in melius, vt Tiberius asserit, mutabit necessitas: eadem enim, quæ in abundantia, in egestate permanet libido. Certa inde, nunquam vitata, licèt sæpiùs experta, Regnorum euersio. Hanc ergo vt pestem caueas, ea tantùm permittas, quæ mensæ, ornatui, supellectili, honestævè famulationi necessaria noscuntur. Quidquid vel fastus, vel voluptas vltrà adijciat, prohibendum. Omnisquè ad valetudinem & vires, nullus ad delicias sumptus referatur. Publica id non solùm vtilitas, ratio etiam ipsa (si verum me non fugit) deposcit. Contrà sentientem vel Heraclitus rideas, vel Democritus doleas. Tenuem namquè & salutarem victum paruo pretio emens, paruoquè emens pretio lineam, aut laneam vestem, æstui frigoriquè opportunam, iure ridet, aut dolet fatuitatem co-

rum,

rũ, magnis qui ad gulam cultumquè ſumptibus factis, immenſo podagram pretio, pralyſim, apoplexiam, mortemvè mercantur: textiliquè auro, argentòvè, quæ nec hiemem nec æſtatem pellunt, ad indumenta cubiliavè vtuntur. Sed ſiſto, ne irridens irrideat: veteribus namquè, etiam quæ vſus vehementer arguit, ſtare oportet: multa enim, quæ non ratione, antiquitate defenduntur; nonnihilquè eſt donandum vanitati, aut ſtultitiæ. Præſtat enim balbutire cum balbis, quàm rideri, nec intelligi. Communiquè errore modeſtiæ adſcripti ſumptus, luxui non adſcribendi. Quæ verò vltrà in dies mollities, ſuperbia, inſcitiavè commentat, iure vitanda. Sed quia tot inualida malis legum agmina experimur, exemplo non iuſſu ea reprimes. Reguli enim potentiòresquè viri, Regem vt æmulẽtur, nedum virtutes, ipſius etiam vitia ſequuntur: legumquè tranſgreſſores, eò tãtùm, vt potentiã oſtẽtent, exiſtunt. Cũctosquè cõfeſtim ciues impunita deturpat trãſgreſsio. Tutiſsima ergo huius veneni antidotus

regnan-

regnantis modeſtia: ſuperfluos Romæ ſumptus, quorũ medelam deſperauit Tiberius, Veſpaſiani noſcis parſimoniâ repreſſos. Sed obſoleuit Veſpaſiani virtus, raròquè faſtus à Regno diſcedit. Alijs nobis eſt pharmacis vtendum: luxumquè vt coerceas, eius progenitorem, diues, inquã, otium, vt noſti, ſoluas. Opulentus enim ciuis, nullâ curâ, occupationevè detẽtus, luxus tãtũ, voluptates & delicias cogitat: contrà, vtili honeſtoquè negotio diſtractus: nam labore quæſita raròin luxum vertimus. Plura momẽto temporis vnius otioſi ciuis gula ligurit, faſtusquè dilapidat, quâm plurium honeſtè occupatorum multis in diebus fames cultusquè depoſcit. Sed quia luxus dulcedo, vanitatisquè inſcitia occupatiſsimi etiã ciuis animũ ſæpeſæpiùs infeſtat, ſupremo decoris dedecorisquè medicamine tãto huic malo obſiſtas: cunctisquè ciuitatis honoribus, magiſtratibus præfecturisquè dignum eum habeas, quem & ditat, & ſignat parſimonia; eiſdemquè indignum, ſuperflui quem ſumptus & notant, & dilapidant. Luxum

ergo

ergo vel legis iuſſu, vel regnantis exemplo, vel ciuium occupatione, vel (quod tutius eſt) ſobrietatis honore longè à ciuitate arceas. Omnesquè diſcāt, quàm ſit turpe defluere luxuriæ, & delicatè ac molliter viuere, quàmquè honeſtum, parcè, continenter, ſeuerè, ac ſobriè: quamq; magnum ſit vectigal parſimonia, quamquè optimum fœnus frugalitas. Diues non ex magnitudine redituum, ſed ex bono regimine eſt iudicandus.

Diuitiar inæqualitas.

Relata egeſtatis principia (otium, inquam, & luxus) aliud ſequitur non deſpiciendum, iniqua diuitiarum diſpenſatio. Vnius copia plures inopià ciues deprimit: multitudinisquè erumnas paucorum parat opulentia: inde vel ſeditio, vel depopulatio. Nimis enim nocens, quæ ex iniqua copiarum diſtributione inopia deſcēdit: poſsidentium enim dominatio, turpitudo, ignauia, non poſsidentium ſeruitus, egeſtas, deſperatio. Inde (vt retuli) vel ſeditio, vel villarum deſertio; tum quia opes in paucos incidunt; tum quia & poſsidentes & non poſsidentes vicos

villasquè destituunt, ad vrbemquè, cuncta quò bona malaquè confluunt, breui se transferunt: isti illorum asseclæ & serui; illi vt effrænatiùs luxui & voluptati tradantur. Hæc vt cauerent mala, patrimonia exæquare, eorumquè alienationem interdicere, nonnullis antiquorum arrisit: ipsiusmetquè iussu Dei possessionū in Tribus partitionem, mirabilemquè iubilæi annum Moyses statuit; partitione exæquationem inducens, iubilæo eam in perpetuum defendens. Inde paucorum potentia, quæquè ex eâ mala vitabantur. Communi verò gentium vsu aliâ omnes viâ ciuitates incedunt, nullamquè his hodie fulcitam legibus vrbem visus, lectio, auditusvè affert: ratò enim dominationes aut Regna Philosophia, perpetuò aut inscitia parauit aut iniuria. Tot inde natis cum Republicâ morbis plura, quæ potiùs lædūt, quā iuuant, applicari pharmaca cōtingit. Nouæq; in dies leges, ad præcedentiū latæ correctionem, statim correctionem patiuntur, vixquè in diem, vixq; in horam viuunt: febres enim quarū ad medicinam

rogan-

rogantur, lethaliter accēdunt. Cæca inde legumlatorū mentibus confusio vel nulla ad salutem, vel ad mortem cūcta decernit. Sed ad viam regressus; tutissimū, vrbis si conditor, ne pauci opibus potiātur, prouideat. Hanc in ciuitatis ortu omissā prudentiam vel cautè tangat, vel penitùs omittat; agrariæquè legis iurgia noscens & effugiens, quibus alijs ex fontibus paucorum effluat opulentia, eos vt euacuet, acutè calleat, pluresquè esse discat.

Profana possessionum vincula, cōmercij & diuisionis expertia, imprimis occurrunt. Noxium vanitatis inuentum; vniusquè iure & luxu, pluriūquè & inopiâ excogitatū & iniuriâ. Inde namq; agricolarum affluentiæ & totius ciuitatis casus exurgit. Nullam enim nisi locatam glebā vomer aperit, nullū nisi locatum nemus ouis attingit. Locatorquè agricolam, & locatorem deuorat luxus. Istaquè in dies crescit inæqualitas, isto illi, alteri alteriq; accedēte primogenio. Cūctę inde breui in paucos possessiones incidūt, desperatāq; in egestatē multitudo. Pecuniæ enim ratio

Possessionum vincula.

labilis: egenusquè habetur, licèt numis abundet, qui possessione vacuus. Nulla enim vera sine possessione opulẽtia, nulla fides, nulla cautio: fundus nãquè diuitiarum fundamentum existit. Numosquè aggerit, veras vt istas opes, vt fundos, inquam, emat, omnis industria, omnis opera ciuiũquè manus. Prohibitoquè possessionum cõmercio multis contingit possidẽdi desperatio. Egenis ergo desperatisquè ciuibus Rempublicã implet possessionũ ligamen. Donãti ideò, vt aliàs distrahenti, istã prohibitionis legẽ irrogare nõ liceat: irrogatamq́;, vt noscis, prudens abroges.

Iam diu etiam accusauit impietas possessionum vincula Ecclesiæ donata. Ortamquè ex eis diuitiarũ inæqualitatẽ, ipsomet olim à Deo prouisam, hodie instat esse frænandam. Breui aliâs tempore nihil posse inueniri profanum: seculiquè necessum hominibus, paupertatis, seruitutis, exactionumquè oneribus inualidis, vt aut fascem reijciant, aut sub pondere infringantur. Tot argutijs, tot minis & terroribus Ecclesiam impij & turbant, & diui-

dunt.

dunt. Noster verò Princeps, si aliena messe egeat, propriam in eam falcem nō mittat. Summoquè à Romæ Antistite, publica si id salus postularit, deposcat, vt in sacrarum opum auctione eâ vtatur prudētiâ, vt nec Religio vilis, nec ciuilis societas inciuilis & periculosa reddatur.

Vsura etiam, cēsusvè diuitiarum inæqualitatem parturit. Nōnulli enim ciues, vel potius nocentissimi hostes, aliorum sideratione & macie nimis pinguescunt: assiduâquè istâ tineâ diù noctuquè nullâ intermissione egentium æraria possessionesq; abrodūt. Iam tactā huius pestis medicinam intactam ne relinquas. *Census, vsura.*

Alio etiam ex fonte, magnis inquam ex dotibus (plurium sentētiâ) diuitiarum venit inæqualitas. Plures enim, vt clarissimis opulētisquè viris filias locent, multos exhæredes & in egestate filios relinquunt. Insitaquè à natura fœminis vanitas, amplissimis gliscēs dotibus, effrænatiùs sumptibus indulget. Medias ideò nullasvè futuras esse dotes Philosophus censuit: filiasquè parentum hæreditati- *Magnæ dotes.*

bus excludi, ne dotatæ ſuperbirent, pluribus placuit. Sed contrà, communis gentium vſus & filias dotari, & hæredes inſtitui decernit. Iniquumquè duxit, onera muneribus, matrimonijquê ſumptus dotium emolumentis non compenſari: iniquiſsimũquê fœminas, quibus plus eſt ignauiæ & fragilitatis, laboris induſtriæq; minus, & inopes & exhæredatas deſtitui. Si dotibus oppoſita præualeret opinio, à nemine hæreditatem, legatum, donationemvè accipere fœminis liceret. Nec, quod iam riſum mouet, dotem virtute, induſtriâvè propriâ poſſent quærere; aliàs dotatæ cõtra inſtitutum exiſterent. Affert, quæ doleas, affert, quæ rideas, iſtorum ſententia, ciuitatisquè fundamentum, nuptias, aufert. Fœmina enim formâ, genere vllovè morbo turpis, quanam dote virum emat, ignoro. Ignoro etiã, quâ mas ratione ſumptus, lites, inſcitias, ne dicam iniurias, etiam nobilis, pulcræ, integræquè vxoris ſine pretio cõcupiſcat; diuvè, ſi cõcupiſcat, & potiatur, ferat. Nuptias ergo vt augeas, dotes quæquè dotiũ fauore &

præ-

præterita,& præſens Roma ſtatuit priui legia,integra ſerua. Nec quàm obijcis,erit diuitiarum inæqualitas. Earum namquè diuiſio,maioratuum ligamine, vt nóſcis, ſoluto,vel in filios,vel in nepotes, vel extraneos in hæredes,corũvè liberos breui continget. Indequè,quam optás, exæquatio. Nec aderit quæ opponitur parentum in filios iniquitas,ſi dotis ratione nullo hæreditatis,legati,donationisvè titulo,quidquam,filiorum iniuriâ, filiabus relinquas. Nec(vt aſſeritur) luxus ex magnitudine dotium: potiùs enim dotium magnitudo ex luxus magnitudine proficiſcitur. Sumptus ſi minuas,ſine lite dotes decreſcent. Eos ergo,vt noſti,temperes, infœliciquè à dotium taxatione, eam enim perpetuò vſus reſpuit, manus auerte.

Ex teſtamento hæreditas iniquè etiam opes diſtribuit. Morbum, medelamquè hac Philoſophus oratione (iterum refero)commendat. *Et ſucceſsio in hæreditatibus per cognationem ſit,non per donationem: nec valeat quiſquam plures hæreditates capere, ſed vnam ſolummodo: per hunc enim* *Hæreditas ex teſtamento.*

modum magis æquales erunt facultates, & egenorum permulti ad abundantiam traducentur. Vtilis hæc cautio, possesionum enim vincula tollit, necessarijquè hæredis iura auget. Grauequè istud inuitæ institutionis onus leuius existet, si hunc, illumvè consanguineum, duos pluresvè ad libitũ instituere, legarequè quadrãtem asis, aut trientem, dummodo legati æstimatio, solutioquè mobili re, pecuniavè fiat, liberè permittas. Vtilis, inquã, altiora enim præstat, ista cautio.

Principũ inclinatio & incuria.

Principum etiam inclinatione vnus alteryè vt ditescat, multos depauperari cõtingit. Ita à natura sancitum, vt quidquid isti accedit, ab illo discedat: continuoquè isto accessus & discessus, aut generationis interitusquè ambitu in perpetuũ Orbis seruatur. Aliàs finitâ conflatus ex materia deficeret: ciuitasquè, istum ni accretionis & decretionis orbem permittas, etiam deficiet. Vitandi ergo nimij, perpetuiquè nonnullarum familiarum ascẽsus: id enim sine aliarum, tuæquè opulentiæ descensu non cõtingit. Quos, vltra quàm

expedit,

expedit,diuitiæ extollunt, honoris specie cautè minue: splendidisquè eos sumptibus commẽdes; vt in similium pariumvè fortunam breui descendant. Vtilia munera egentibus distribuas. Vnusquè (iterum affero) non plura, vnicum tantùm munus exerceat: non semper & ad omnia vnus mittatur. Iniquum, si pauci, etiamsi optimi, deglutiant, quod plures reficeret. Qui inops redit à Prouincia (ni aliud impediat) nouas illicò præfecturas obtineat: quem verò fecit dignitas numatum, sileat, & quiescat. His ergo alijsquè artibus mediocritati, quoad Regni ratio ferat, accuratè studeas: vnius enim in imperio nonnullos, satis vt iam nosti, Regulos oportet existere.

Rerũ caritas. Non tantùm ex otio, luxu, iniquâ & diuitiarum dispensatione, etiam ex caritate inopia proficiscitur. Cui annuum ad victum mille aurea numismata hodie satis, millia duo manè non sufficiunt. Omnes ergo in egestatem ciues pretij intẽsio detrudit; eos præcipuè, cuncta qui emunt, annuisquè tantùm ex reditibus, salarijs

aut ſtipendijs victũ vitãvè capiunt: Regia ideò æraria pretij immanitas maximè exhaurit. Nullius nãquè Princeps venditor, omnium maximus & frequẽs mercator. Cæteri verò ciues, ad inuicem qui vendunt, emuntquè, habitâ venditi emptiquè ratione, vel lucrum, vel iacturam, vel indemnitatem experiuntur: venditioquè eis reddit vel plus, vel minus, vel idem, quod emptio abſtulit. Principis verò, digniorum, potẽtiorumquè ciuium depreſſio in eamdem ſecum calamitatem omnes alios breui ciues trahit. Nec adeſt, quam nonnulli ex caritate ſomniant, fiſci accretio.

Ex rerum inopia.

Caritas ex rerum inopia: iſta ab iniqua ſiderum poſitione, qua ſiccitas, locuſta, aliavè ignota aëris afflatur malignitas: raròquè annum bienniumvè, iſtam aut illã Regionem tranſgreditur. Siccitati fluuiorum adaquatio, locuſtæ agricolarum magiſtratuumquè cura obſiſtit. Sed quia vel ſitus, vel temporis ratione ſæpè adaquatio, ſæpè locuſtæ negatur extinctio, omniſq; topici impatiẽs medicamenti aëris

eſt

est malignitas, ad vniuersalem, cunctisquè his subuenientem malis, medicinam, regentium, inquam, ad prudentiam licet confugere. Horum sit curæ, ex Prouinciarum Præsidum fide annuatim noscere, quam ferat, consumatve annonam vnaquæquè ciuitas: in quibus hæc sibi satis, illa insufficiens, altera sit superabundans: quâ viâ, quo tempore, quo cõmeatu, mulionibus vehiculisvè leuiori sumptu ciuiumquè molestiâ, affluens valeat Prouincia egenti succurrere. Horumquè habitâ omnium ratione, præsens pinguisquè annus publica in futurũ horrea prouideat: merciumquè, quibus abundas, exportatione eas, quæ deficiunt, in tempore inuehas. Summâ ergo curâ caueas, ne etiã mediocri pretio annona deficiat. Plebs namquè ieiuna timores nescit: & cũ venter auribus, vt aiunt, careat, grauitate annonæ ad seditionem sæpè est deuentum. Eam vt fugeret, gracili in anno frumento pretiũ, quod emptor pẽderet, binosq; numos se additurũ negotiatoribus in singulos modios, statuit Tiberius. Dignissima

Cæſaris munificētia: nō vnius alteriusvè Reguli ſuperbiam adijciens, ſed cunctorum, egentiumquè ciuium onera leuans. Verùm in hoc ouium paſtorem, & Reipublicæ & egenorum parentem, iſte ſeſe lupus exhibuit. Vtinam ipſius vt vitia, popularem hanc Reges beneficentiam æmulati, ad ſterilium annorum leuamen publicum, nulla quem alia tangeret neceſsitas, fiſcum conficerent. Sed vereor, ne breui eum abſumat Principum effuſio, miniſtrorumvè expilet auaritia.

Præfectorū iniquitas.

Præfectorum etiam ſæpè flagitio ipſâ in abundantia caritate laboramus & penuriâ: peſsimis enim mercatorum ſocij fautoresquè plures eorū ſæpeſæpiùs exiſtunt: rerumquè pretia nullo iure, nullâ æquitate, ſemel iterum, iterumquè intendunt. Cunctis iſtud alijs ſceleribus ſcelus antecellens cōtinuò patratur, & nunquā punitur. Expedit ergo immania hæc integro vēdicare gladio latrocinia: ſceleſtosquè hos magiſtratus & opum & vitæ & nominis iacturâ ſeuerè vlciſci: integrosquè annonæ Concilio viros præponere;

nulla

nulla quos auaritia, nullum quos violet ex frugibus mercibusvè lucrum.

Pretia rerum etiam accēdit, cōmercia qui aufert, minuitvè. Minuit, qui ſibi ſoli venditionem Princeps, Reſpublicavè parat: qui monopolij fraudibus auarè intendit: qui alienas & neceſſarias merces, cū propriæ non ſufficiant, belli ratione, aliâvè repentè inuehi prohibet, vel conſulit, vel tentat prohibere. Non ſolùm aduentus mali, ipſius etiam metus calamitatem affert. Ratione tantùm periculi vnoquè belli timore pecora relinquūtur, agricultura deſeritur, mercatorum nauigatio cōquieſcit: idem etiam in pace, magna ſi cōmercij imminet mutatio, contingit. *Ex cōmercij defectu.*

Minuit etiam poſſeſsionum commercia, perpetuò qui eas vel ſacro vel profano vinculo aſtringit. Iſtaquè alienationis prohibitio adeò creſcit, breui vt tempore nec immenſo valeas pretio emere domū fundumvè. Nimia inde poſſeſsionum æſtimatio: inde non intellecta etiam fructuū rerumquè omnium obrepit caritas: vnuſquisquè enim fructuū operarumvè pretia

addit;iſte empti vt fundi pretiũ breui reſarciat; ille vt agro, quem emere inhiat, breui potiatur. Eadem, annui ſi reditus ſortem augeas,mala ſenties: cenſus namquè valore intento cunctarũ creſcit poſſeſsionum æſtimatio. Inde & fructuum, & operarum caritas.

Ex publica exactione.

Alia adeſt caritatis origo, publica exactio. Quod enim fiſcus aufert, quâ valet quisquè viâ breui extorquet. Occaſionequè leuiſsimo raptâ à vectigale, longè nimis rerum pretia mercator intendit: ſemelquè intruſa caritas pinguiſsimi etiam interceſsione anni non remittitur. Scatẽtia hæc perpetuò mala difficilè exhauries. Nunquam enim peſsima deerit dominãtium conſultrix vel indigentia, vel auaritia; nunquam peſsimus cunctis Regum nutibus inſeruiens Conſiliarius. Siſtere hîc gradum liceat, gradusquè,quibus publicæ creſcant,decreſcantvè opes, breuiter noſcere.

Reipublicæ ad ſumptus tum pacis,tum belli tempore magnâ indiget ciuitas pecuniâ. Hanc publica cumulat exactio vel

rebus

rebus impoſita vel perſonis, vel contracti-bus, vel mercium euectioni inuectionivè. Pecuniæ appellatione, quidquid eâ æſtimatur, continetur: fruges etiam, non tantùm numos, publici ratione cēſus, Romanus cogebat. Sed cautiùs viſum, Regios publicosvè reditus potiùs quàm merce cogere pecuniâ: tum vt adminiſtrationis inſcitiam, ignauiam dolumvè declines; tū vt faciliùs & pleniùs publicis neceſsitatibus occurras. Tardè merx & iniquè, illicò & æquè numus opem affert.

Exactionum alia antiqua & ordinaria, ordinarios ad ſumptus inſtituta, alia noua & extra ordinem, quam recens & vrgens neceſsitas vel tyrannis, vel deterior tyrānide, indìcit auaritia. Illa integra ſeruanda, tum ne imperium, diminutis fructibus, quibus Reſpublica ſuſtinetur, diſſoluatur; tum ne plebs ſemel immunitati aſſueta, leuiſsimum poſteà iureque indictum onus aut moleſtè ferat, aut omnino abijciat. *Aquæ, vbi ex puteis aſsiduè hauſtis, ſalubriores: ſi ceſſas, aliquo veterno moriūtur.* Iure ideò Nerōnē cūcta improuidè

Sitne rogato populo indicenda?

vectigalia omittentem Senatus attinuit. Antiqua ergo ad dominationis pignora necessariosquè ad sumptus cōcessas exactiones manere sinas : nouas verò ni vrgēs poscat & publica necessitas, nō impe res: si poscat, quicquid aliàs tyrānidi adscribitur (vt nonnullis placet) in Regno licet.

Omnis ergo, quam communis postulat ciuium vtilitas, iure irrogatur contributio. Sitne rogato, vel non rogato populo indicenda, decernet consuetudo. Comitijs assuetus Princeps in eis acquiescat: tyrannidē minatur, si ea infringat: maioremquè, fateor, potestatem, minus autem longæuam successoribus relinquit. Rarò vnus, altervè homo supremo isto, effrænique iure tyrannicè non vtitur. Regiè illud exercens, si modestiam, si prudentiæ munus posset in successores transmitterè, & iustè comitia solueret, & vtilissimè. Libera enim regendi ratio vnius in imperio omnium dignissima, & breuiùs & occultiùs cunctis occurrit. Aliàs dum electi vocantur, vocatiquè quasi sub hasta & precone emuntur, vel stulto libertatis fu-

rore

rore iuſtiſsimis etiam regnantis poſtulationibus repugnant, tuorumquè conatuum arcana vel morâ, vel, vt ſuadeas, euulgas, aut ingruit malum, aut boni occaſio effluit. Hæc tamen omnia, vnius vt libidinem moderemur, toleranda, altiorique arte intercipienda. Aliàs, ſi vtrobiquè res ſuas præcariò ciues habeant, legitima Regna â tyrannorum ſæuitia non diſtingues. Prudens ideò Theopompi oraculum nunquam mente animoquè excidat: Moderata poteſtas eſt, licèt minor, durabilior. *Nunquam enim ſatis fida potentia, quæ nimia.* Vtriquè ergo & populo & Principi iſtâ moderatione conſulitur. Populo, aliquando enim inempti aderũt homines comitijs; vel libertatis vmbram, etiamſi venales præfuerint, tuebitur. Regnanti, nam, moderati imperij imagine retentâ, nullo ſui, ſed ciuium, quos emit, odio cunctis optatis decumis potietur. Honeſtius eſſet, & fortaſſe vtilius, nocens ſi iſta ceſſaret nũdinatio, ſyndicorumquè nullus Regiâ valeret munificentiâ ornari; ni celebratis iam comi-

tijs, illicò & instanter ornari expostulet, quæ cum misit Prouincia. Eorumquè contumaciam, missos qui se, eò tantùm vt populariter refragentur, existimant, sacris ab oratoribus, seu à viris animi scrinia iudicantibus, eivè consulentibus non despero deuinci. Hi enim omnes, si, quâ muneri oportet, prudentiâ muniantur, quietis se publicæ ministros noscentes, quæ maximè paci expediant, continuò, & vbiquè consulent. Sed proh dolor! Plures enim, sacra ad ista munera leui delectu admissi, & Regum postulatis & communi ciuium saluti contumaciter resistentes, iniquam populi motum appetentis causam agunt. Motumquè, si & virus & vires orationi adsunt, facilè assequuntur. His prouideat malis cõmendata superioribus istorum electio, factaquè electis de pace & quiete populi cõmendatio. Tutius autem, nouis si vectigalibus nunquã egeas. Nec id nimis arduum, si totas in id animi vires, ne antiqua decrescant, effundas.

Quibus ex causis fiscus decrescat.

Decrescere multifariè contingit, si ciuiũ

nume

numerus, ſi eorũ diuitiæ, ſi adminiſtratio-nis ratio, ſi regnantiũ parſimonia deficiat. Ciuium decreſcente multitudine, publi-cus etiam reditus decreſcit. Plurium qui ouiũ dominus, neceſſariò paſtorũ ditiſsi-mus: quidquid ergo villas depopulat, mẽ-te non excidat, ſedulò vt fugias. *Ex defe-ctu ciuiũ.*

Fruſtra ciuiũ numerus, ouiumquè, iſtas ſi morbus, ſi inopia illos deprimat. Priua-ta publicã parit opulẽtia, breuiq́; cadet in egeſtatem ciuitas, ſi ciuium multitudo ita opibus cadat, vt vectigaliũ impotens exi-ſtat. Regnãtem ergo ditat, & depauperat, quidquid ciues depauperat, & ditat. Diui-tiarum parens (ſatis iam noſti) labor aſsi-duus: earum tutrix & nutrix parſimonia. Inde commercia, vectigalia, Regiasquè multiplicari opes contingit: ciuesquè & antiquis & nouis, alteris alterisq́; exactio nibus validos & præualidos experimur. Cõtrà, otio luxuq́; in honore habitis, opi busq́; primogeniorũ iure in paucos cadẽ-tibus, cõmercia Regijq́; reditus neceſſariò deficiũt. Eosq́; ciuitas Princepsvè vt reſar ciat, multiplices & prædæ proximas indi- *Ex eorum inopia.*

ctiones & superindictiones vel poscit, si comitijs est ligatus, vel, si solutus, imperat. Cũctaquè ista onera diuites potẽtioresq́; viri, vel iure vel iniuriâ immunitate potiti, infirmiorum in humeros magnâ publicæ salutis iniuriâ reijciũt. Eisq́; inopes inualidi, totâ supellectile sub hasta & præcone vẽditâ, nec strratu, quo perculsi cõquiescãt, relicto, auitos lares exosi, eorum desertores, in perpetuum peregrinari coguntur. Continua vnde villarum depopulatio, tãdemquè ciuitatum defectio. Otium ergo luxumquè nimias & paucorũ diuitias rerum & caritatẽ cautè si reprimas, antiqua tibi exactio vel superfluet, vel saltem sufficiet: ad nouasquè, ditatis labore & parsimoniâ ciuibus, si vrgens poscat necessitas, descendes tutissimè.

Ex iniqua administratione.

Hâc frustra prudentiâ publicos seruas reditus, si iniqua administrantium mens, seu consulat, seu exigat, seu dispenset, seu calculet, eos minuat. Plures, quasi fœdere cum publicanis facto, frequens fama dãnat Consiliarios; nonnullos ipsius, in quo versantur, ministerij inscitia. Eos ergo

ad

ad consilium eligas, quos longo parta vsu fides, longaquè commendarit experientia. Quolibet necessaria in Cōsiliario vtraquè hæc virtus: in eo autem, publicæ qui pecuniæ consulit, pernecessaria & vtilis. Sæpè infidum ostendit magistratus, quem antè magistratum fidum credideras; sæpè etiam publicis in pecunijs diù exercitum istius alteriusvè administri, publicani, aut negotiatoris intercipit calliditas. Præstat ideò omnia fisci ministeria gradatim ab infimo ad supremum percurrere, omniū vt transcursus eorum doceat dolos Consiliarium, eiusquè probet fidem & peritiā. Præstat etiam paucis, quàm pluribus ista committere. Plurium enim difficilius quàm paucorum expletur auaritia. Veritatem etiam obscurat, sententiam retardat, factiones excitat, nihilquè vel deterius decernit consulentium multitudo.

Exactoribus idem est fisci ministerio, ac ipsius prædæ præponi. Eorūq; flagitia vel tegit, vel, si repetundarum agatur, publico etiā patrocinio tuetur, qui eos præposuit Consiliarius. Nec miror, si seruum, *Exactor.*

ſatellitem, conſanguineum, aut ſe fortè ipſum doli aut prædæ participem defendit. Tutior ideò nonnullis viſa decumarũ adminiſtratione earum locatio. Nobis autem iſtius illiusvè in perpetuum diſplicet excluſio: maximèquè placet vtriusquè alternis annis admiſsio; vt altera alterius lucrum iacturamvè detegens, viã, quâ ipſum incedere oportet, aperiat Cõſiliario..

Erogator Infimus etiam diſtributionũ miniſter grauiter nocet: plura enim & cariùs, quã emit, emiſſe in rationum codicibus refert. Nec iſta quaſi minuta deſpicies, Regiæ ſi gulæ, cultus, ſupellectilis, chorearum, ſpectaculorũquè luxus; ſi nemorum, hortorum, & ſimilium illecebrarum diſpẽdia; ſi arcium, Regalium domuum, ſacrarum ædium, monumẽtorumvè extructiones & refectiones; ſi præſidiorum, claſsium, turmarũ, cohortium, exercituumq; aſſuetos & inaſſuetos ſumptus inſpicias. Expedit ergo, harum vt erogationum præfecti continuò ſuperſtent, vtquè vigiles integrosquè exploratores ſeſe perpetuò exhibeant.

hibeant. Aliàs, si momēto in eos somnus obrepat, statim lupos ad prædā excitant. Adeò omnes inferiores ministri, maiorū fortè exēplo, prædādi occasionē inhiant.

Nocet etiam cogentium, erogantiumquè dolis assentiens calculator, aut verè accepta supprimens, aut falsò expensa referēs, aut plures intactas, plures inceptas, plures iam definitas, sed nullâ de reliquis mētione factâ, rationes omittens. Adeòquè iura ista aut vera aut simulata obliuione obsolescūt, vt vel risum, vel multorum offensiones, quasi iniuriam facias, si ea suscitaris, in te moueas. Reliqua ideò soluere, aut ratiocinia reddere obnoxius præscripto soluat tempore, aut reddat; grauissimis in contemptores, nullo iure illudendis, pœnis denuntiandis. *Calculator.*

Sed frustra ista & alia decernis. Eò enim tantùm, eas vt illudant, leges & minas fisci in ministros videmur adijcere. Cūcti nāq; sibi ad inuicē manus fortè ad prædas porrigūt. Eosq; *terræ planè filios exuccos ad fiscū accedere, punctoquè tēporis beatos euadere perpetuò experimur*. Suaquè

exhaustum operâ ærarium, iterum vt exhauriant, inopum ſanguine, nouâ elicito decumâ, reficiunt. Totquè his malis quâquè viâ obſiſtentes, publicasvè opes vllo modo tutantes multiplici calumniâ vel frangunt, vel flectunt. Nec prodeſt clauſo apertovè calamo facta inquiſitio: ſemper enim vel probatio, vel, quod eſt deterius, ius etiam deficit. Probatio, nam doli conſcius, ſocius, inquam, particeps, proxenetavè, ne in ſe iudicium vertat, aut factæ de ſe fidei futilis deſit, vel inſcitiam ſimulat, vel aſtu ſcientiam tegit. Ius, ipſius namq; in iudicij ortu vel impetrata adeſt abolitio, vel prece, aut pretio empta abſolutio, vel Regali quæſitâ veniâ redintegratio. Dira hæc impunitas dormiſcentem expergit auaritiam, experrectam ſtimulat, in ſequè, cũctos & in ciues, ipſamq; in Rempublicam ſæuit inconſulta hæc benignitas, aut malè conſulta clementia. Nulla ideò ſpe veniæ hos in miniſtros gladium exuas. Prædonemquè habeas, cuius ſupellex, quæſitusvè in miniſterio cenſus, ſeu ordinarius ſumptus patrimonij ſtipendij-

què vires ſuperexcellat. Hoc tãtùm prædæ indice, nullo aut breui iudicij ſtrepitu, ſequatur damnatio. Nullusquè calũniæ metus, nullavè ſtricti iuris ratio dãnationẽ retardet. His ſe nôſcat legibus miniſterium ſubiſſe fiſci miniſter.

Incaſùm ciuium numerũ, eorũ opes & miniſtrorum fidem ſeruas, & auges, fiſcum ſi prodigis. Prodigis, nouas ſi in dies erogationes ad luxum & maieſtatis ſplendorem adijcias: ſi in alios bella imprudens, aut in te moueas: publicos ſi reditus inſanis largitionibus effundas: ſi meritorum pretia multorum iniuriâ in paucos conferas: ſi alienâ non propriâ virtute illuſtribus ea diſtribuas: ſi ad tertium, quartumvè nepotem, vel, quod eſt nocentius, in perpetuum diſpendas. Hos in errores lapſus cũctis te opibus, & ſucceſſores tuos, & præterita & futura ſubditorum merita fraudas. Idem, ſi militiæ laboriquè honores addictos ad pacẽ & ignauiam tranſtuleris. Virtutis enim & laboris merces non habetur, quod turpitudini & ignauiæ paſsim datur. Nec de-

Ex Principis prodigentia.

ſunt has dilapidationes deprecātes ſerui, easquè conſulentes Conſiliarij. Hi enim omnes (vnum alterumvè excipias) ſeu fi-cti, ſeu leuis, ſeu iam ſæpiùs ſoluti, ſeu diu iam præſcripti obſequij colore Regias inter ſe neceſſariosquè ſuos opes partiūtur. Mutuoquè ſeſe ambitu iuuantes, magno fiſci ſumptu iſti illorū gratiam; illi iſtorū conſultationes emunt. Sibiq; ab alijs facta obſequia creditavè publico ære ſoluunt. Aliorumq; beneuolētiam, amicitiā & recōciliationem & tuis, & inopum, & dignorum expenſis mercātur. Hâc tuâ incautâquè maiorum tuorū profuſione antiquis reditibus & virtutum præmijs exhauſtis, noua, neceſſe eſt, munera, & noua excogitare vectigalia. Quæ ciues ægrè ſubeunt, futuram præteritis ex diſsipationibus coniectantes.

Has vt ſtrages fugias, iure fiſcum, ſine iniuria honores diſpendas: nihilquè largiaris dum nihil auferas. Sed hæc priuatæ domus virtus. De alienis certare, omniūquè euiſceratione ciuium & ſuam & paucorum explere libidinem, Regia laus dici-

tur.

tur. Exempliquè lues cunctos perpetuò in Regulos, Dynastasquè obrepit. Quibus mutuò accipere, &, vt turpiter donēt, auferre, honestū & maiorū imaginibus existimatur dignissimū. Nec miror, ipsa si eos defendat regnantium inscitia. Voto expeto, tua vt eos in futurum sobrietas vel frænet, vel arguat. Nec te auarū; quia parcum; potiùs enim opto munificū. Virtus enim virtutē, & liberalitatē iuuat modestia. Tutiorquè ex temperantia, quàm ex prodigentia orta benignitas. Proprijs illa viribus nixa, vanis, se vt melioribus damnet, sumptibus parcit; ista, ni aliorum iniurijs vires assumat, semetipsam absumit; nec longiùs, etiamsi aliena inuadat, vitam protrahit: paucis namq; diebus vitâ fungitur omne vim faciens. Nullâ ergo subditi creditorisvè iniuriâ liberalitatē Princeps exerceat. Sūmum ad hoc gloriæ fastigium vt ascēdat, triplicē fisci vsum, tripliciquè distinctū cistâ ærariovè (maximo, medio, & minimo) sibi constituat. Primum assuetis pacis belliquè sumptibus inseruiat; secundum inassuetos ad motus paratum

ſeruetur; munificẽtiæ & regnãtis libidini tertium permittatur. Vtquè alterum aliorum fores non effringat, eorum ſingulis tutores magiſtratus deſignentur; quorum operâ proprijs vnumquodquè limitibus claudatur: neceſsitasquè erogationum rationem quæſtuũ non tranſcendat. Sed fruſtra fiſci & tutorum diuiſio & deſignatio, ni Princeps adſit cuſtos & defenſor: fiſciquè clauſtra, retentâ maieſtate, in oculis geſtans priuatis publicisquè ſeruis continuò & oculatus ſuperſtet. Nihil ignauo Principe exitialius. Ignauus, qui imperij tantùm delicijs intentus omnia ad Senatũ, vel, quod deterius eſt, ad Seianum refert. Hæc ergo ſi neglexerit, fiſcoquè notis venerit ex inſcitijs infirmitas, remedium adſit ſumptuum reſectio, inofficioſæ largitionis reuocatio, prædarum reſtitutio, miniſtrorum punitio. Sed non ſimul & ſemel hæc propinari pharmaca oportet. Aliàs vel ſe ad inuicem impediẽt, vel inſalubrem motum facient, vel, tot reformationis vulnera timẽtium precibus &

lacry-

lacrymis insufficiens, totquè ſtricti iuris rimis inualidus, inceptis deſiſtes. Tutiorquè iſtâ retroceſsione diſsimulatio.

Si neceſsitas vrgeat, lentiquè huius medicaminis moras non patiatur, multa miraquè exactionum arbitramenta antiqua docet aut indigentia, aut tyrannis, aut deterior tyrannide auaritia. Deterior, nam finita eſt tyranno; auaro verò ſine fine eſt cupiditas. Ingratus eſſet labor, tot extorquendæ pecuniæ exempla ab alijs trāſcribere: generali tantùm ſermone, quæ magis, minusvè digna ſit, exactio nobis referenda.

Exactionum ea dignior, quæ ſpontanea, copioſa, expedita, nulliquè ciuitatis bono obſiſtens. Quod in exactionibus præcipuè timetur, earum eſt grauitas. *Exactionū qua dignior.*

Inuitus leuiſsimo etiam onere grauitatis moleſtias patitur; contrà nihil ſpontè agenti graue. Omnium ideò digniſsima, voluntaria, & præſens collatio; vel ſpontè etiam non ſpontaneæ collationis facta ſolutio. Huiuſmodi, quæ victui de- *Spontanea.*

ſtina-

ſtinatis, minuto pondere, menſurâvè imponitur. Eam namquè nullâ ſui moleſtiâ, impoſitivè oneris ſenſu, ipſius in exactoris domum ciuis importat. Centumquè argenteos numos propriâ manu fiſco annuatim infert, qui alterius in ſolutione canonis ſine gemitu & lacrymis bonorūquè venditione quinquaginta non ſolueret. Iniurioſè ergo de communi inopia villarumquè depopulatione (de quibus gubernantium inſcitia, maioratuum cenſuumquè ignauia, præcedentiumquè in dictionum lues eſſent accuſandæ) iſta à multis accuſatur indictio; cum plenè, nullâ moleſtiâ, morâvè ſuccurrat.

[Co]pioſa. Copioſa etiam, integrè vt opem ferat, ſit exactio. Copioſa erit, omnium ſi ciuiū pluriumvè canone iuuetur. Tributorum ideò immunitas tantùm ad tempus, magnoquè pro aliquo, publicā in ſalutē patrato facinore, eſt cōcedēda: &, quidquid publici reditus incrementa minuit, minuēdum: frænandaquè, cū poſſeſsionū venditionem, quæquè ex venditione vectigalia naſcuntur, inhibeat, maioratuū iniquitas:

leges-

legesquè, quas fundi domino in emphiteusi dicere licet, alijs in alienationibus & regnāti, & Reipublicæ dicere liceat. Omniū etiam dignissima, nam nimis copiosa, si eā cautè regas, voluntaria collatio. Istū vrgens, quam noscit, fisci necessitas liberalem facit, illum vanitas, alterum pudor: cunctiquè æmulâ contentione sese ciues euiscerāt. Nemini, ruborē excutiens, grata est immunitas. Copiosa etiā est nimis, quæ ex minuto pondere mēsurâvè victus venit exactio: tum quia frequens; tū quia nemo à necessitate victus immunis.

Oportet etiam, expedita vt sit cōtributio. Expedita, quam nulla partitionis iniquitas, exactionis fraus, aut solutionis difficultas retardat. Omnes istas nescit iniurias præsens & volūtaria largitio. Easquè ferè ignorat, quæ ex inuectione minutovè victu decumæ parātur: præsenti namq; numeratione, nullâ morâ datâ (vt audisti) soluuntur. *Expedita*

Vltima exactionis est virtus, nulli ciuitatis bono, pacis, inquam, iustitiæ, rerūvè copiæ obsistere. Summo isto decore *Nulli ciuitatis bono obsistens.*

tantummodo ornatur facta à populo fi
co donatio. Omnis alia his refragatur b
nis contributio. Paci, nam præſentem c
uitatis ſtatũ odio habentibus opportun
eſt ſeditionis occaſio quælibet indictio
inuitis namquè, licèt comitia aſſentian
imponitur; viquè, licèt ſine apparitorur
ſtrepitu prçſtetur, extrahitur. Iuſtitiæ, nul
la enim ita æquè cenſus ciuiumquê gra
dus penſitat penſio, quin grauior iſtis ci
uibus (idq́; notâ offenſione) leuiorvè, qu
illis exiſtat. Copiæ, minus namquè noxi
contributionis ſoboles rerum eſt caritas
Præſtat ergo cæteris alijs rogatum à ſub
ditorum liberalitate ſubſidium: ſpont
enim, plenè, illicò, & innoxiè ſuccurrit. I
ergo ſi annuatim ſolemniter & cautè, n
mis etiã vtiliter fortaſſe populus aſſueſce
ret. Nec ideò Principatus iura reſolueres
antiquos enim reditus retineres, nouos
què, ſi neceſsitas poſtularet, dicere poſſe
Hæc ſi diſpliceant, cuncta ad alia extor
quẽdæ pecuniæ arbitramẽta manus por
rigas; dum magiſtratuum munera, virtu
tum pretia, propria communiaquè villa

rur

rum emolumenta nullo iure, venditionevè attingas. Populo enim grauissimus existis, dum venum ista exponis, ne grauis illi existas. Magistratuū licitator, necesse est, vt iustitiæ licitatoribus sese supponat. Exilio, etiam necesse est, virtutes damnet, earum præmia sub hasta ponens. Nemo nāquè arduum virtutis iter, ni vtilitatem in culmine videat, tētat aggredi, aggressumvè prosequi. Inde flagitiorum grassatio & impunitas, rerum omnium caritas, priuatæ publicæq; opulētiæ subuersio. Noxium etiam, si decurionum aliaquè villarū munera, venum à te data, hæc villa vt redimat, communia pascua te permittente scindat; illavè, siue vt iuris & gladij honorem assequatur, vel alterius vt iure gladioquè se eximat, publicas syluas cædat: cōmunis namquè inde inopia & depopulatio. Pauperes enim ciues, quorū numerus semper est maior, prato & nemore, breues quibus pecudes, sobriè vt se alerēt, innoxiè pascebant, noxiè ablatis, auitos lares, famis vt mala fugiant, destituunt. Nocens etiam redituum pacis belliquè

ſumptibus dicatorum vēditio, eis namq́; vēditis inexcuſabilis eſt aliorum ad redēptionem exactio. Rarò enim ſobrietas redimit, quod vel luxus, vel neceſsitas pignerauit. Sed ingrata eſt multis redemptio, nam gratiſsima hæc alienatio; quaſi Princeps ſubditorū opes adminiſtrans vel eos in fide ſeruet, vel eas, ſi neceſsitas vrſerit, facilè & promptè, nullâ exactorū moleſtiâ, in ſubſidiū retineat. Hos verò regendi aſtus, cum tyrānidem ſapiant, fiſcū depauperent, nouarum indictionū diſcrimina intendant, & ciuium fidei & opibus inſidientur, eorumquè otium & inertiam, annuis emptis redditibus, augeant, tutos non cenſeo. Antiquos ideò reditus vel nō pigneres, vel pigneratos illicò redimas. Si adhuc timor tyrānisvè inſtat, Regulis tātùm potentioribusquè viris, quibus licet in pacem machinari, ſequè negotiationibus implicare non licet, horū emptio redituū permittatur. Tutius, omnes ſi ciues beneuolentia in fide retineat, eosq́; amor ad ſubſidia excitet. Sed magis tutum, eâ ſi prudentiâ veteris in fiſci gubernatione

te gesseris, vt nouis exactionibus nunquam egeas: communem namquè inopiam & rerum pretia intendit omnis cōtributio.

Ad institum rediens, monetæ etiam in deterius mutatione rerum accendi pretia experimur. Ipsa orationis ratio pecuniæ ad elogia nos detulit. Eâ enim arte notâ, quá & ciuium & frugum copiam assequimur, reliquum est, quâ numis ciuitas abundet, prudentiam assequi. Nullâ enim, multis licet egeat, bene numatus egestate laborat, illicò numus ei opem affert. Pluriū verò mercium dominus, pecuniâ autem vacuus, vllâ si re egeat, & tardè & iniquè sibi succurrit. Vili dū pretio merces, quibus abundat, dispendit, famem frigusquè patitur. Pecuniæ ergo originem, materiā, copiam, abususquè non leui manu tangere liceat.

Ex monetæ mutatione.

Cùm primùm rerum dominia parauit possessio, illicò adfuit, prima conuentionum, permutatio. Sed quia aut egêre, vili aut pro re pretiosam sæpè distrahere cogebamur, commune gentium placitum

Pecuniæ inuentū.

mirum pecuniæ vſum, quo merces & facilè & æquè pẽſaremus, inſtituit; eiusquè materiam aurum eſſe & argentum ſtatuit. Præſciamquè futuri naturam iſta ad id metalla, & præcipuè argentum creaſſe, non temerè aſſero. Perpetua enim ſit oportet numorum materies, copia congruens, nulli hominum indigentiæ ſuccurrens, labori facilis; pluresquè addent, munda quòd ſit & fulgens. Tot iſtis decoribus plenè aurum, plenisſimè argentũ ornauit natura.

Pecuniæ materia quas oporteat conditiones habere.

Aurũ, & argẽtum.

Perpetua ſit oportet; aliàs commercij difficultas. Nullam pro numis mercem commutabo, ſi vel præ manibus, vel in ciſta eorũ mihi corruptio, fractio, formæ ſeu abolitio, aut obſcuratio poſsit contingere. Hiſcè quia labibus metallorum genus minus obnoxium, eorũ aliquod iam hoc, iam illud ſignauit antiquitas. Aurea tandem (quidquid nonnunquam indigentia conſuluerit, aut inſcitia) aurea præualuit, & argentea pecùnia. Lõgiùs namquè duo hæc metalla vitã protrahunt, diutiùs pondus & monetæ inſignia defendunt.

Perpetua ſit pecuniæ materies.

Molli-

Mollitiem, rubiginem, æruginem (quibus albo ſignata aut nigro plumbo, ferro, cuprovè ſenſim excidunt) penitùs aurum, penè ignorat argentum.

Copia ſit congruens, ne vel abundantiæ vel penuriæ ratione commercium deficiat. Eam ſi omnes, & vbiquè inueniant, nullo pretio habitâ, nullius pretium mercis exiſtet: indequè permutatio reſurget. Idem ſi pauci eâ, quia rara, potiantur. Tãto in hoc munere nimis auro excellit argentum: hoc enim ſatis, illud inſufficiens. Vtriusquè autem copia adeò integrè tot ſeculorum miniſtrauit cõmercijs, vt nec abundantia permutationem excitauerit, nec penuria. Cætera verò, alijs quia neceſsitatibus metalla deſeruiunt, iniquè ſufficiunt. *Copia c[on]gruens.*

Expedit ergo, vt numorum materies nulli aliæ indigentiæ ſuccurrat. Nam ſi pretij, mercisquè vice ſimul fungatur, multiplicata mercis egeſtas pecuniæ inopiam, pecuniæ autem multiplicata inopia mercis pariet penuriam. Maximè ergo lapſus Lacedæmon, qui ferrum, tot hominum *Nulli in[]digentiæ ſuccurrẽ[t].*

minum necessitatibus mercem vtilissimam, rerum omniũ pretium statuit. Nõnullis etiam vsibus cuprum, pluribus stãnum, quàm plurimis plumbũ, aurumquè, si medicorum credulitati obsequimur, saluti multùm præstat. Argentũ verò, quos vltra pretij mensurævè vsus abusus habet, à vanitate habet & luxu. Superbiæ non indigentiæ fœtus argenti faber, textor, phrygiovè.

Labori facilis.

Labori etiam sit facilis, leui vt sumptu breuiquè opera signum, publicam de põdere & bonitate fidem faciens, suscipiat. Nescit ferrum fusionem, nec mallei tortu ram, nisi ignitum, agnoscit. AEs cõtumaciter, plumbum & stannum seruiliter, vrbanè argentum, vrbanius cedit aurum malleo, igniquè.

Mũda sit & fulgẽs.

Munditiæ, fulgoris & decora alij deposcunt: omnium vt rerum æstimatio æstimationem præ se ferat: hanc simulata etiam puritas, mentitusquè fulgor maximè populo largitur. Prima namquè ex rerum facie earum pretia multitudo librat; vnus altervè homo intimo ex ente pensat. Innata cæteris me-

callis,

tallis, ferro præcipuè, & vtriquè plumbo impuritas obſcuritasquè, tot numerantiũ manibus ſordes quaſi alliciens, fœdam, vilem, honore pretioquè indignã plebi reddit pecuniam. Aurum verò argentumquè ſeſe omnium oculis tum luce, tum puritate commendant. Adeòquè his excellũt, vt aurũ ſolem, lunã argentũ chimiſtarũ eloquio dicere liceat. Nec id temerè, ſi alterum ſolis, alterũ lunæ progenies cõmuni Philoſophorum aſſenſu credatur.

Liquet, ni fallor, pecuniæ honoribus omniũ argentũ metallorum digniſsimũ. Auri enim æternitati ferè coæuum, copiâ eo ſatius, vſu medicorum opinione inutilius, & licèt pigrius in ſuſcipienda, in retinenda numorum inſcriptione firmius: & quãuis puritate inferius, fulgore (ſine lite) eſt præſtantius. Veræ ergo ſi pecuniæ leges diligimus, tantum argentum, nullũ aliud metallorum eſſet ſignandum.

Vera pecunia materia argentum.

Vnica enim ſit oportet catholicæ huius menſuræ materies, ea vt ſeipſam, nulla vt eã alia metiatur. Totiusq; vt partes ipſum verè totũ aut vnitæ cõponãt, aut diſtinctè

Vnica ſit oportet pecuniæ materia.

repræſentent. Minutæquè monetæ valore & ſubſtantiâ maioribus, quorum partes exiſtunt, integrè reſpondeant. Aliâs plura ſi metalla ad menſuram ſignes, mõſtra exurgent: ærisquè partes auri aut argenti totum repræſentabunt, aut component: vniusquè metalli defectio, æſtimationisvè mutatio aliorum & valorem & copiam interuertet. Illi detrahis, quidquid iſti valoris adijcis. Inde pecuniæ abuſus, mercis namquè vice fungitur; & pecuniâ emimus pecuniam. Iniqua inde vnius inuectio, & alterius extractio, cõmercijquè interuerſio. Hæc licèt nonnunquam mala experta, argenteam & auream commune ad commercium, ad prouinciale æreã vbiquè pecuniam admiſimus. Argẽteam, omnium vt gentium contractibus deſeruiat: aureã, magna vt in ſolutione (ſeu dator, ſeu acceptor) breui te expedias, vel paruâ vt in ciſtâ magnas opes prouidus ſerues, leuivè ſumptu & tectè peregrinus vehas: cupream, ne, minutarum in rerum emptionibus aureos argenteosvè numos conſumens, & difficiles merces & cario-

Quare aurum, argẽtum, & æs à gentibus pecuniæ materia ſtatuantur.

es efficias. Argento si tantùm vtaris, vel minutissima & digitis decidua numisma- a cudes, vel vilissima etiam merx nun- quam pretij remissionem agnoscet. Gra- uiora cuncta hæc mala, si aurum tantùm signaueris. Si tantùm æs vel æris nimia quantitas cudatur, communi gentiũ pla- cito aduersans, internum difficile, exter- num difficilimum facis commercium: ar- gentumquè quasi maligno carmine fuga- tũ raró apparens mercis vicem vsurpat. Aliaquè, licèt leuior, nõ cõtemnenda ad- est incommoditas; nullus namquè ciuium sine mulione baiulovè, quibus minutarũ etiam emptionum pretium vehat, incede- re potens. Pluresquè dies & operas breui etiam in solutione & debitor & nume- rans creditor perdet. AEreæ ergo mone- tæ minutas ad emptiones sufficiens quã- titas signetur, aureæ mediocris, argen- teæ (cũ commercij sit neruus) magna est copia cudenda. Multiplicesquè moneta- rum species auri, inquam, & argenti, vt expeditissimum sit commercium, confi- cias. AEris verò, ne, minoribus à maiori-

bus

bus exclusis, minutarum crescat merciũ æstimatio, & mendicorum gliscat ignauia, vnicam tantùm & minimæ æstimationis cudi prouideas.

Pecunia *antũ bonitate, & põdere æstimatur.*

Opportunam ergo pecuniæ materiam tria hæc metalla esse noscis. Noscas oportet, bonitate & pondere à natura insitis, quibus ea æstimãtur, æstimari pecuniam. Nec interest alijs eam bonitatis põderisquè legibus ab isto, alijs ab illo Rege conflari; eodemq́; ex asse plura istũ hodie, plura illũ manè numismata cõficere: ille metalli vt inopiã numero suppleat; publicæ vt egestati succurrat; iste suas vt retineat opes, exterasvè alliciat. Hæc enim iura cudentis Prouinciã non transcendunt. Alter namq́; alterius monetam pondere insitâq́; à natura bonitate, quibus cõmune gentiũ constat cõmercium, non numero pensat. Antiquũ ideò & vicinarũ gentium cõmercio opportunũ numisma antiquis bonitate & pondere integrũ serua. Noxia enim est nimis omnis pecuniæ in deterius mutatio: rerum enim pretia, ni cunctarum à gentium communione discedas,

Noxia omnis pecuniæ in deterius mutatio.

maxi-

maximè accendit. Exterus namquè negotiator, quod de pecuniæ bonitate, aut pōdere detrahis, numeri auctione illicò instaurat: proprias vnde ad merces operasquè ita sensim, vt vix sentiatur, labitur caritas; ipsiusquè adest auctæ pecuniæ egestas. Plus nāquè, intento rerū pretio, pecuniæ expēdis, quā recens numerosaq́; cusio affert. Magna inde fisci inopia. Regius enim reditus minor, impēsa verò maior. Caritas namquè cōmercia (vnde tributa & vectigalia) lethaliter minuit; pluriumquè emptorē merciū, pluriumq́; operarū locatorē Principē depauperat. Duriusq́; gliscet ista lues, extera si ad cōmercia, præsidia, bella numorū necessaria sit euectio. Minutos enim numos, quos interna sibi parat exactio, Princeps colligit, &, quos externa poscit distributio, integros transmittit. Omni ergo à monetæ in deterius mutatione, seu bonitati seu pōderi seu tātū numero mutatio cōtingat, in perpetuū abstineas. Nec ab isto te placito dimoueat monetarū exæquatio, tua ne à Prouincia, vbi minor est auri argentivè valor (nam

Ponderis mutatio.

paucio-

pauciores in partes as diuiditur) ad eam, vbi (quia in plures) maior est valor, pecunia extrahatur. Id namquè vel noxiū vel non vtile. Non vtile, extera enim Regio, exæquationem refugiens, antiquā vt exportationem retineat, suam illicò minuet pecuniam. Noxium, commerciū (vt noscis) turbat, rerūmquè omniū caritatem importat, quælibet numorum in deterius mutatio. Tutius ergo, hanc si extractionē inuectio, â mercium abundātia exurgens, inhibeat. Verus enim pecuniæ valor insitis à natura pondere & bonitate, & à mercibus, quas pensitat, pendet. Plusquè valet pecunia, plures vbi ea merces trutinat, pluresquè trutinat, vbi maior earum affluētia. Magnus enim auri & argenti magnes mercium est copia: nullâquè monetarum inæqualitatis ratione habitâ omne ad se aurum argentumquè alliciet. Contrà, diuitias omnes pellit mercium penuria. Exterâ enim si ciues merce, arte, operâ, industriâvè egeat, suæ vt indigentiæ succurrat, quidquid auri argētivè possidet, aut clām lege ruptâ, aut palam dero-

Verus pecuniæ valor.

gatâ,

gatâ, inimicas etiam ad gentes, vel eis ad eum commeantibus, vel ipse ad eas commeans, transmittit. Mercium ergo copia, potiùs quàm monetarum exæquatio, & argentum sistet & aurum. Aliâs, mutationis incommoda nullo fortasse commodo senties.

Hæc si de pōdere: eadem, si, eo manente, nimis de bonitate minuas; aliudquè deterius continget: latam enim falsitatibus viam aperis: dealbatumquè chimistarum artibus (quibus exteri supra modum excellunt) optimæ monetæ imaginem cuprum simulans, aurū mercesquè omnes nostras breui transferet. *Bonitatis mutatio.*

Si pondere bonitatequè retentis, numeri auctione vnius speciei monetarum valorem augeas, cæterarum valori detrahes; mercisquè vice ista monetarum species functa, ab alijs emetur. *Numeri mutatio in vna specie.*

Omnibus si numorū differentijs æquè numerū addas, eadē, quæ ex minuto eorum pondere, mala exurgent. *Numeri mutatio in omnibus speciebus.*

Grauiora incurres, cusum si metallum non cuso pretiosius cōstituas. Quem tibi *Si cusum pretiosius sit nō cuso metallo.*

quæ-

quæſtũ, internis externiſq; hoſtibus etiã paras.furtiuamquè cuſionem omne cõſeſtim aurũ & argentum patietur. Inde caritas,commercij turbatio, pluraquè, non breui numeranda, mala proſilient.

Lethalior erit cuſio, ſignatum ſi æs nimis æſtimatione rude excellat: vile namquè metallum,furtiuo ſtemmate vbiquè cuſum,& furtiuè illatum, pretioſas omnes Reipublicæ merces, pretioſaquè metalla breui exhauriet: viliq; plena numiſmate ciuitas & caritatem & rerum omnium patietur penuriam. Nec mercium in iſta, alijsquè pecuniarũ in deterius mutationibus proderit taxatio: *Malo enim* (vt Hiſpaniæ hiſtoriæ decus, experientiaquè docuit) *remediũ exitialius*. Omnis nãquè merces ſuas recuſabit vendere mercator, maior vnde caritas,inopia, & tandem ſeditionis properatio. Rudis nocẽti huic lucro Princeps ſtudens, rudior alieno ſi metallo cuſio hæc contingat. Exterã cũ mercẽ pluris emptor,quàm ipſe dominus,vẽditorquè æſtimet. Nec ſiſtet inuectio,licèt ſancitum in hæreſim iudicium, fiſcum,

ignem,

ignem, hæreditariumquè dedecus statuas. Inuector enim, custos, &(licèt aliàs integer) ciuitatis magistratus lucri magnitudine cæci, oppresſiq́; cadēt: *Nullā integrā fidem, noscis, manere, vbi magnitudo quæstuū spectatur.* Sacroquè isto gladio abusus, eius vulnera nimis arctas, dum credis extendere: notamquè Reipublicæ pestem, infamias auges. Nec interest, proprium licèt & Prouinciale signetur metallum: rude nāquè extrahetur, vt cusum inferatur: nec interest, si cesset extractio, illatioquè; cætera enim iniquæ cusionis mala retinētur. Caueas ergo funebri ab ista monetarū cusione. Eius si te malis malè cōsultus fortè implicueris, breui vt explices, verā pecuniæ æstimationē vno, bino, ternovè impetu, quo magis expedierit, illicò restitue. Restitutionisq́; iacturâ depressos vel in totū vel in partem, partim tuo, partim publico grauis ærario, præsenti, si valeas, numeratione reficias, aut saltē, destinata in futurū solutione, soleris. Dataeq́; fidei fidē faciat breuiter incepta satisfactio: magnisq́; ea negotiatoribus, multorū vnde

credita

credita pēdent, imprimis succurrat. Nullaquè te ciuium pecunias posſidentium afflictio detineat. Multorum calamitatem, fateor, non poſſe à Republica ſeiungi; ſolutionequè impeditâ, negotiatorū fidem vbiquè concidere: ſed nullum ſine amaritudine magnum medicamen, magnūquè omne facinus ſtricta ſemper iura tranſcendit; communiquè omnium ſaluti & plurium vulnere, & nonnullorum etiam interitu, licet cōſulere; ſi Reipublicæ ſalus ſuprema lex dicitur. Nullā ergo medicus vim ægro facit, membri ſi ſectione vſtionevè integram ei ſanitatem reſtituat: iacturamquè hodie & reformationē ſentiens multitudo (nam & ignara morbi & beneficij) lucro manè & ſanitate potita lætabitur. Quingentisquè hodie plures, quàm heri mille emebat numis, merces emet. Rerumquè omnium pretio vilis extinctione numiſmatis remiſſo, antiquus Reipublicæ ſtatus reſurget. Intrepidè ergo vie, & cancrum ſeca iſtum feſtinā terquè: breuiſsima enim temporis mora plura ſectioni membra, plura damnat

vſtio-

vstioni : tandemquè desperatam in curationem morbum adducit. Præstò ergo, antequàm desperatio intercedat, tantæ huic pesti adsit medicina, plenissimo priùs & arcano consilio habito : arcano, ne reformationis rumor pecuniam vilitet, accēsaquè rerum pretia magis accendat. Omnis enim numorum possessor numos, quos breui se amissurum timet, quibuslibet pro mercibus permutat; merciumquè dominus earum pretia nimis intendit, tū quia plures adsunt emptores, tum vt à reformationis damno, eo si tempore numorum dominus existat, indemnis seruetur. Magna inde pecuniæ vilitas, rerumquè omnium caritas proficiscitur.

Diù ergo accepta numismata facilè ne moueas. Nullam ad quæstum cusionem facias : omnequè metallum, catholicæ huius mensuræ legibus adscriptum, seu factum, seu infectum, æqualiter pendas. Si quid vltra valoris, aut egens, aut auarus imponas, Reipublicæ imponis. Signū enim eò tantùm, vt publicam de pondere & bonitate fidem faciat, adiectum : aliàs

& coticula & libella onusti cogeremur incedere. Nec inscriptionis sumptus quicquam bonitati ponderivè detrahat; publico eam ære conficias. Veræ istæ pecuniæ leges, licèt suâ quisquè in Prouincia Princeps, cusionis vt expensas resarciat, & dominationis pignora ostentet, continuò infringat. Tutius, si huius nocentis lucri nullam aut indigentiæ aut auaritiæ viam aperias.

Pecuniæ copia. Veram habes pecuniæ originem, materiam, & vsuram: eius habeas copiam oportet. Inde namquè vrbis fœlicitas. Pecuniæ enim dominus clausum habet, vt Poëta lusit, in arca Iouem. Nec interest, si obijcias, rerum pretia, abundante ideòquè vilescente pecuniâ, nimis crescere; Indiarumquè opes caritatis, quod nos infestat, malum attulisse: non enim opes, sed earũ abusus mala hæc infert. Census ergo & maioratus ignauiam, quam Indiarum inuexit opulentia, si, vt nosti, soluas, cunctarum mercium, stante etiam numorum affluentiâ, abundantia aderit & vilitas. Mercesquè non cariores, viliores potius

efficit

efficit qui diues: vilius namquè emit, tum quia inope auarior, seque pecunijs difficiliùs exuit; tum quia magnus annuusquè emptor, cunctaquè valet in tempore emere. Faxit (cedamus aliorum sententiæ) faxit, inquam, mercium caritatem numorũ affluẽtia; huiusmodi est caritas vilitati, ab eorum inopia descendenti, præferenda. Belli enim neruus & pacis ornamentum pecunia; eâ indigens istius iucunditatem non agnoscit, illiusquê tantùm rumore pallet, ceditquè. Numorum ergo copiæ cautè & honestè consulas: nec id nimis arduum, si omnes pecuniæ abusus, vt nosti, fugias. Qui ergo pecuniam ad quæstũ cudit, mutuat, permutat, vendit, locatvè, qui luxu eam perdit (hi enim omnes eâ abutuntur) cautè vitandi. Aliàs otium, rerum inopiam, earum & caritatem ciuilisquè societatis interitum istorum quilibet abusuum partutiet. Hæc si ciuis, secùs si ciuitas publicã numos ad salutem mutuet, permutet, vendat, locetvè. *Pecuniæ abusus.*

Habes, ni fallor, quibus præcipuè ex fontibus & ciuium numerus, & eorum

victus, & pecunia deficiat; istaquè sese ad inuicem ciuium paucitatē ab inopia, inopiamquè à ciuium paucitate gigni. Diuite ergo pulsâ inertiâ, nullisquè tū personis, tum fundis cōmercio ablatis, suoquè in honore agris, mercibus, artibusquè positis, proprio quisquè non alieno sudore gaudente, qui olim morū turpitudini, gulæ delicijs, muliebri ornatui, Asianæ supellectili, inutili famulorum turbæ deditus, cūctarū gentiū mercibus, manibusq; egens, semet absumens, sibi & Reipublicæ noxius, villas depopulabat, vrbesquè polluebat; virtutem hodie & sobrietatem discens, vel miles, vel agricola, vel mercator, vel opifex cuncta hæc vitia exuet: ciuilequè commerciū suscitans, otij progeniem, luxum, faciet exulare: in villasquè, quas, vrbis mala quærēs, destituerat, sese reducet: satellites, quos vitiorum comites, autores, defensoresvè elegit, telo, vomeri, malleoquè restituet. Pluriumquè continuo labore fructuū ferax, paucorumque eò ipso consumptor, alienas merces, artes, exterosquè negotiatores trape-

zizasquè excludet. Istisquè rebus omnibus abundans proprijs vehiculis nauibusquè omnes alias ad gentes eas transmittet. Auriquè & argenti pondus, quod ignauia extraxit, negotio retrahens, antiquis nouisquè indictionibus validus & præualidus continuas fisco opes inferet. Tandemquè priuata & publica opulentia, vrbis fœlicitas, & regnantis gloria resurget.

Verùm, ni veritas nos fugit, verissimũ rerum copiæ iter strauimus. Ab eo tamen plures te serui, plures te Consiliarij suo quisq; fine diuertent. Nec argutiæ, quibus te deuiũ faciant, deficient, ni firmiter animo mentiquè hæreat: Diues otium, luxũ, & quicquid aliàs ciuium cõmoditatibus commodat, Reipublicæ incommodare.

PERORATIO.

NVLLA Si desit ciuis, adest ciuitas, nullusquè sine victu ciuis, nec victus erit satis, si catholica mercium mensura, numus inquam, deficiat. Ciuium nu-

mero vt cõſulas, nuptiarum iura augeas: earũquè iure iniuriâvè natos tum in ſalute, tum in vita ſerues; opibusquè in ciuitate retineas. Veræ opes, quæ victui fruges mercesquè miniſtrant: harum copia ipſius pecuniæ copiam parturit: magnus enim auri argentiquè magnes rerum affluentia: hanc labor donat, & parſimonia ſeruat, & auget. Quidquid hæc omnia affert, aufertvè, tertius hic liber infert: qui nouiſsimus aderit, ſummum ciuitatis bonum, alia cui bona inſeruiunt, pacem refert.

FINIS LIBRI TERTII.

MATRITI,

Apud viduam Ludouici Sanctij.

Anno M.DC.XXVII.

